



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Ge 14.27



Harvard College Library

FROM THE REQUEST OF

FRANCIS B. HAYES

(Class of 1839).

Received 4 March, 1887





# ERATOSTHENICA

---

C O M P O S U I T

*GODOFREDUS BERNHARDY.*

---

---

BEROLINI, MDCCCXXII.

IMPENSIS G. REIMERI.

Ge14.29



Mayes Fund.

---

**F**ragmenta, memoriam tum certam, tum latissimam suis auctoribus conciliatura, eam praeferre convenit naturam, ut colligantur, componantur, explanentur. Qua ipsa triplici necessitate quantis editor implicetur negotiis, non difficulter intelligi licet. Praestant enim auctores, quorum opera utcunque integra steterunt, argumentum perspicuum, definitam quandam ratiocinationum seriem et complexum, decursum orationis institutae reliquias aptum, ambitumque accuratis circumscriptum limitibus: ordinem denique perpetuum, ad quem etiam minutissimae quaeque sententiae exigantur. At vero quorum virorum ingenii monumenta temporum sive iniuria sive potius cura posteritatem non attingerint, in obscuro arguento atque in ruinis versantur, neque luminibus aut verborum mente probabili conclusorum, aut sententiarum omne propositum expedientium, illustrantur. Ac primum collectione reliquiarum rem indigere appareat, quae ut clarissima viri fere ignoti effigies animo concipiatur, ne sublestissimum quidem dictum opinionemve praetermittat. Unde conficitur, lectionem requiri universos antiquitatis libros complexam. Est sane immensa ea eruditio non alia, quam diligentiae pertinacissimae laus et progenies; sed quotusquisque adeo et ab otio et ab aevi amplitudine beatus reperitur, ut ad istud fastigium evehi potuerit? Inaudivimus adhuc de Triumviris Batavis, Hamsterhui-  
sio, Valckenario, et quem dubitanter adiicio Rukake-

nio. Possit, neque immerito, ab indicibus auctorum (auctoribus enim praecipue significantis, ut quorum loci etiam per accuratissima digesti adversaria quaerentem saepenumero lateant, index debebat addictus esse.) subsidii aliquid exspectari; verum isti nimia negligentia fere ubique constructi deprehenduntur. Proinde non facile quisquam unum alterumve fragmentum hic quoque omissum mirabitur, cum praesertim ne Bentleium quidem, hoc in genere administrando prae ceteris insignem, Callimacheorum nihil effugerit. Accedit, ut eorum hominum, qui late patentem olim obtinuerint celebritatem, non pauca etiam apud eos quos minime exspectares auctores, nomine sive neglecto, sive depravato, latitent, qualia vix critici exercitatissimi acumen penitus eruerit.

Deinde fragmentis compendis collatorem sese addicere decet. Quod si interpretis praestantia, qui argumenti quamvis expositi, planam tamen intelligentiam non ab omni parte admittentis, molestias ita sustulerit, ut ordinem et nomen et sententiarum usquequaque perspicuum commonstret et exhibeat, eius igitur interpretis praestantia iustissimis effertur laudibus: multo etiam maiore in loco ille ponendus erit, qui argumentum neque ad omnium cognitionem obiectum, neque arisam copiamque sui faciens, in integrum restituerit, et, lacunis quantumvis impedientibus, explicationem et ambitum proposuerit. Ex hac studiorum parte, omnium difficillima, plerosque fragmentorum editores minus censeri voluisse, non utique est quod miremur: mireris tamen, illum, quem sagacitate perpauci aequatarunt, Bentleium, prorsus ignorasse videri, etiam Callimachi reliquias concinnandas fuisse. Unde necesse accidit, ut quae dextre disposita adumbrationem certe ingenii et mentis, qua locos suos auctor pertractare consuesset, forent constituta, ea nonnisi curiosi-

tati minutiarum studiosae satisfacere queant. Inde etiam aliud aliquanto gravius malum provenit, quod libros illi affingebant nunquam evulgatos, magnam istos partem vel indoli scriptoris adnotos procul abulcendos. Veluti ne in primis novissimos huius negotiū administratores ambitiose perstringam, eidem Callimacho Criticus Britannus viginti ipsos commentarios (vel poemata) tribuit, qui sigillatim editi non fuerunt. Quid quod nostro Eratostheni, quem isti titulorum scrutatores pesime habuerunt, Fellus Galeusque opera coniuncta ciceriter quadraginta, alii etiam sexcenta volumina assignarunt? Quis non rideat, semel auditum, Vossium, Salmasium, Fabricium commentationem in architectura versatam, et magis etiam ridiculum, eundem Fabricium medica scripta Eratosthenis postisse? Evidēm cum persuasissimum haberem, istam molestissimam licet componendi fragmenta operam summam huius questionis complecti, in eam rite persequendam omni incubui studio et ardore, legenda viri hac in arte sine comparatione principis, Valckenarii, vestigia ratus.

Ultimum obtinuit locum illustratio fragmentorum. Hic ne quis modulum normamque, ad quant singula huius opellae conformavi, temere sibi carpēdā arripiat: illustrationem omnino praetermissam fuisse, ultro confiteor. Duplex datur explicandi ratio, altera indocta et puerilis, qua cum primitu cuiuscunque argumenti sermo est iniectus, locos undecunque acceptos, rei sive accommodatos sive inéptos, ingerant et convehant; altera docta, liberalis, ingenua, quae cognitione et peritia universae antiquitatis capitum suffulta, quaecunque expedienda sibi sunipsit, eorum vim et sententiam, toto patefacto ambitu, originibusque ad istius scriptoris usque aetatem accurate et perspecte repetitis, expendere norit atque investigare. Ad priorem igitur regulam multos, ad alteram ne septem quidem auctores post

tot saeculorum desursum indagatos esse contenderim: illam sprevi, hanc ignoravi. Atque Eratosthenis, viri et acumine et eruditione longe praestantissimi, quis tandem et Geographica, et reliqua mathematici argumenti, et opera litterata, pauca adhuc lustra emensus, ea quae tantum decet virum amplitudine et doctrinae copia explicaverit? Satis habui viam, qua monumenta maximi illius ingenii exstructa et adornata fuerint, paucis ea breviloquentia quam ubique effingere velui demonstrasse; idemque satis habui, allatis quae praesertim ad Geographica diiudicanda pertinerent, taedio laboris, supra quam dici potest molesti et temporis rapacissimi, tandem aliquando emersisse: ut Eratosthenis memoria sensim evanida atque obscurata clarior et fructuosior emineret. Quod si quis neget omnino hanc provinciam suscipi debuisse, eidem ipse assentiar, iustum fragmentorum tractationem illius praecipue, qui ingenuam attigerit interpretationem, domicilium esse opinans. At quot eorum omnium qui hoc in litterarum genere principatus potiti censemur eum scriptorem Graecum vel Romanum, qui operae referret pretium, nedum fragmenta, redintegranda sibi proposuerunt? Proinde alterius vices non adeo erant sperandae.

Quibus expositis si de recentioribus quae usu venire potuerint adminiculis verum pronunciavero iudicium, talem non existimo commemorationem quemquam in gloriolae cupidam affectationem versurum esse. Quippe adeo infelices qui Eratosthenem adverterant rem suam gesserunt, ut tam vehementer absurdâ super vetusto poeta vel litterato pedestris orationis auctore prolata non meminerim. Primus pro more plura Eratosthenea enumeravit Io. Meursius ad Hesychium Milestium (Opp. T. VII. p. 259.) et Nicomachum p. 166. Non ita meliora dedit G. I. Vossius de historicis Graecis. Insecutus est Io. Fellus, Geometra, a Graeci tamen

sermonis peritia abhorrens, qui praefatione ad Catasterismos multa excogitavit scripta, ac nonnulla splendida-  
rum epularum frusta apposuit: nescio qua mente eo  
usus instituto; paucis enim fragmentis in hac quaestione  
nihil effici patet. Quae Fellus erat volumina commen-  
tus, eandem viam ingressus auxit Galeus praefatione ad  
alteram opuscilorum mythologicorum editionem. Uter-  
que testes nonnisi nomine excitarat. Neque maiore po-  
test illis praeconio Ionsius insigniri, qui de scriptoribus  
hist. philos. II, 7. nihil quod alicuius foret momenti  
edisceruit. Istiusmodi copiis exhibitis non sane egre-  
gia praestitit Fabricius (cuius editio Harlesiana semper  
hic laudatur), significavit tamen sanae mentis indicia.  
Qui proxime scholae Alexandrinae historiam composuit,  
ea qua decebat et gravitate et iudicii severitate enarra-  
tam utilitatem sane insignem praestituram, Matterum  
dico, sua quoque de Eratostheni proposuit, erroribus  
scatentia quibuscumque (T. I. p. 130 sq. 134 — 37. II.  
p. 35. 54. 87. alibi.): perstringere in tanta aliorum col-  
luvie nihil attinuit. De libellis geographicis qui ad  
Eratosthenem pertinuerint suo loco quedam reperientur.

## VITA ERATOSTHENIS.

Vitam tanti viri eadem qua plerosque antiquitatis  
auctores cura docti olim grammatici amplectebantur.  
Unus adhuc SUIDAS nonnulla etiam de scriptis praestat,  
qui si reliqua per argumenta eundem a diligentia et ra-  
tiocinatione sese exhibuisset, prae ceteris profecto di-  
gnissimus foret, qui neglectus iaceret sorderetque: αὐτὸ<sup>ν</sup>  
δεῖξει.

*Ἐρατοσθένης, Ἀγλαοῦ, οἱ δὲ Ἀμφροσίου, Κυρη-  
ναῖος, μαθητὴς φιλοσόφου Ἀριστονότος Χίου (leg. τοῦ  
Χίου), γραμματικοῦ δὲ Λυσανίου τοῦ Κυρηναίου καὶ*

Καλλιμάχου τοῦ ποιητοῦ. μετεπέμφθη δὲ ἐξ Ἀθηνῶν  
 υπὸ τοῦ τρίτου Πτολεμαίου, καὶ διέτριψε μέχρι τοῦ  
 πεμπτοῦ. διὰ δὲ τὸ δευτερεύειν ἐν παντὶ εἶδει παιδείας-  
 τοῖς ἄκροις ἔγγισαι τὰ βήματα ἐπειλήθη. οἱ δὲ καὶ  
 δεύτεροι ἡ νέον Πλάτωνα. ἄλλοι Πένταθλον ἐκάλεσαν.  
 ἐπέχθη δὲ ως Ὀλυμπιάδι, καὶ ἐτελεύτησεν π' ἐτών γε-  
 γονώς, ἀποσχόμενος τροφῆς διὰ τὸ ἀμβλυώττειν, μα-  
 θητὴν ἐπίσημον καταληπὼν Ἀριστοφάνην τὸν Βυζάν-  
 τιον, οὐ πάλιν Ἀρισταρχος μαθητής μαθηταὶ δὲ αὐ-  
 τοῦ [καὶ] Μνασέας καὶ Μένανδρος καὶ Ἀριστις. ἔργαψε  
 δὲ φιλόσοφα καὶ ποιήματα καὶ ἴστορίας, ἀστρονομίαν  
 καὶ καταστηργμούς, περὶ τῶν κατὰ φιλόσοφιαν αἰρέσεων,  
 περὶ ἀλυπίας, διαλόγους, καὶ γραμματικὰ συχνά. Eu-  
 docia p. 172. locum exscribens praebet διαλόγους πλεi-  
 στους καὶ ἄλλα τινά· propius ad Suidae morem, quo  
 v. c. Pindaro praeter ea quae unice reliquit ἄλλα πλεi-  
 στα affingebat, accedens. Quibus, si minimus ponitux  
 numerus, sex insunt vitia plusve minusve imperita.  
 Quod enim primum Eratosthenes Athenis arcessitus di-  
 citur, ad initium Geographicorum demonstrabitur, obi-  
 ter tantum illic eum esse versatum. Iam vero bis,  
 quantum Eratosthenes nobis cognoscitur, illius habita-  
 tionis potuit opportunitas offerri, tum Aristonem et Ar-  
 ceslaum cum admodum adolescens audiret, tum quando  
 Graeciam, fortasse Geographicis conscribendis, pergra-  
 vit. Sed in hoc itinere Alexandriam adscitum fuisse,  
 veri non simillima verisimilitudo est. Deinde διὰ τὸ  
 δευτερεύειν ἐν παντὶ εἶδει παιδείας, τοῖς ἄκροις ἔγγι-  
 σατα, βῆτα perhibetur dictus: ita enim Meursius  
 emendavit ad Hesychium Milesium, qui eandem occi-  
 nit cantilenam. Accedunt Marciānus Heracl. peripli  
 p. 63. Ἐρατοσθένης, ὃν βῆτα ἐκάλεσαν οἱ τοῦ Μου-  
 σίου προστάντες. Chrestomath. ex Strabone p. 5. vol.  
 II. geographicorum Hudsoni: "Οτι Ἐρατοσθένης οὗτος  
 τῶν ἀπαιδεύτων ἦν, οὗτος τῶν γηγείως φιλόσοφούν-

ταν διο και βήτα δικλείτο, ως τὰ δευτερεῖα φέρεται  
δοκῶν ἐπὶ πάσῃ παιδείᾳ. Chrestomathiae testimonium,  
cum ista Strabonis excerpta inter se magnopere discre-  
pent, aliunde varie interpolata, non maiorem, quam  
Suidae sive Hesychii, habebit vim; Marcius autem,  
fraudis turpissimae convictus, cum praesertim Eratosthe-  
nis adversarium, Artemidorum, compilaverit, non iam  
locupletem sese testem exhibuerit. Potuerant tamen  
doctissimi homines sine haesitatione Eratostenem βῆτα  
crepare: quorum si tanti est disputationes maxime de  
hac voce vide apud Reinesium Var. Lectt. I. p. 31.  
extr. sq. Vassium de hist. Gr. p. 109. Ionsium de script.  
hist. philos. II, 7. tandem Fabricium Bibl. Gr. IV. p.  
118. Rectius invidiae hominum cognomen tribuebat  
Seidelius praeft. Geogr. p. XIII., quod et per se in du-  
biu[m] vix cadit, in tanta permultorum velis remiska  
pertractata contentione, iudicisque unius Strabonis de  
Eratosthenē non intellecto adhibitis; et si observaris,  
Marcius hanc in rem vetustissimum praestare au-  
ctorem, certissimum videbitur. Pergit Suidas: οὐ γέ  
νοι δεύτερον η νέον Ηλάτωνα. Platonis dogmata No-  
strum sectatum esse nihil admonemur; neque si dialo-  
gos ceterasve commentationes philosophicas scite Erato-  
sthenes solleterque, cuius indicia quaedam occurunt,  
persequebatur, alter ideo Plato potuit audire; quod au-  
tem Fabricius ait IV. p. 118, propter singularem qua-  
lis fuerit etiam in Platone mathematicarum disciplina-  
rum cum reliqua philosophia coniunctionem titulo su-  
ctum, speciosus quam verius dictum percipitur. Qua-  
propter vel eruditī hominis sententia, honorifica lande  
Eratosthenem condecorantis, vel Ηλατωνοῦ compen-  
dium Suidam fecellisse censendum est. Praeterea φε-  
λόσοφα ante philosophica scripta memorata non ex-  
minum produnt acumen; λογοτεχνίę Eratosthenem emi-  
ssisse falso est, mendaciique in societatem venit etiam

Steph. v. *Κυρηνη*; ἀστρονομιαν ἡ καταστηταιγμούς αε  
περὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν αἰρέσεων quatenus errorem  
exhibeant, secuturis de Mercurio et Philosophicis No-  
stri disputationibus demonstratum dedi; γραμματικά  
συχνά illinc unde pleraque Suidae emianavit. Gramma-  
ticam Eratosthenes tanquam singularem doctrinam ne-  
que exposuerat, neque quo erat ingenio exponere po-  
tuit; libros certe de antiqua comoedia neminem huc  
protracturum opinor. Eundem commisit errorem Cle-  
mens Alex. Strom. I. p. 309. A. Απολλόδωρος δὲ ὁ  
Κυμαῖος πρώτος τοῦ Κορετικοῦ εἰσηγήσατο τοῦνομα,  
καὶ Γραμματικός προσηγορεύθη. ἔνιοι δὲ Ἐρατοσθένη  
τὸν Κυρηναϊόν φασιν, ἐπειδὴ ἐξέδωκεν οὗτος βιβλία  
δύο, Γραμματικά ἐπιγράψας: cuius opinionis origo  
fortasse ex interpretatione temeraria significationis τοῦ  
Κυρηναϊου derivari potest; Callimachum autem υπο-  
μνήματα γραμματικά edidisse, id vero arbitrari nihil  
vetat, ut quem etiam Apollodorus (v. Geographicorum  
init.) Grammatici appellatione diserta perstrinxerit. In-  
ter grammaticos recenset etiam Tatianus p. 107, quem  
vel nominasse sufficit. Hesychium autem hac si Diis  
placet Grammatica per Lexicon saepe usum fuisse,  
quae Felli est sententia, id tandem proferri potuisse,  
nemini non singularis esse imperitiae videbitur. Sed  
Suidae mirare diligentiam, qui capitalia opera, Geogra-  
phica et libros de antiqua comoedia, omiserit; Fabricius  
quidem nescio quo iure ipsum Suidam hos commenta-  
rios afferre pronunciarit Bibl. Gr. II. p. 441.

Quae igitur ad Suidam spectant vel illustrandum  
vel supplendum, paucis uthote pauca subiungam. Cy-  
renis Aglao patre Eratostenem natum multi perhibue-  
runt. Lucianus Macrob. 27. Γραμματικῶν δὲ Ἐρα-  
τοσθένης μὲν ὁ Ἀγλαοῦ Κυρηναῖος, ὃν οὐ μόνον  
γραμματικόν, ἀllὰ καὶ ποιητὴν ἄν τις ὄνομάσει, καὶ  
φιλόσοφον, καὶ γεωμέτρην. Dionysius Cyzicenus epi-

grammate infra exhibendo. Proinde Steph. Byz. v. Κυρήνη· ἐπειδὴν ἡν 'Ερατοσθένης Ἀγωλέόνς παῖς, ὁ λοτορικός· emendandus est. Actas eius satis perspicitur, tum ipsius fragmentis quibusdam (v. c. Geograph. fr. XV.), tum testimonii, Eusebii Chronico n. MDCCCIIL ad septimum annum Ptolemaei Philopatoris, 'Ολυμπια, anno 3: 'Ερατοσθένης ἔγνωριζετο· Syncelli p. 282. B. ad tempora Philippi III: τότε 'Ερατοσθένης ἔγνωριζετο· Chronic Paschalis p. 175. D. a. U. C. 651. 'Πτ. Φλαμινίου καὶ Φίλου. 'Ερατοσθένης ἔγνωριζετο. Patet hinc, Eratosthenem natū dēmū grandem libros vulgavisse. Alio modo florentissima eius actas liquet illis locis, qui Archimedem cum Eratosthenē coniungunt. Proclus in Euclidis Element. II. p. 20 init. de Euclide: νεώτερος μὲν οὖν ἐστι τῶν περὶ Πλάτωνα, προσβύτερος δὲ 'Ερατοσθένους καὶ Ἀρχιμήδους. οὗτος γὰρ σύγχρονοι ἀλλήλοις, ἀπειρ καὶ φραιν 'Ερατοσθένης. Amicitiam inter utrumque intercessisse, communī geometriæ amore partam firmatamque, significat epigramma a Lessingio editum Opp. T. XIV. p. 256, ita inscriptum: Πρόβλημα, ὅπερ Ἀρχιμήδης ἐν ἐπιγράμμασιν εὑρὼν τοῖς ἐν Αλεξανδρείᾳ περὶ ταῦτα πραγματευομένοις ἤγειρ ἀπέστειλεν, ἐν τῇ πρὸς 'Ερατοσθένην τὸν Κυρηναῖον ἐπιστολῆν. Alias indicat aevum Suidas v. Φιλόχορος· κατὰ δὲ τοὺς χρόνους γέγονεν εἰς Φιλόχορος 'Ερατοσθένους, ὡς ἐπιβαλεῖν προσβύτην οὗτα 'Ερατοσθένει. Incerta est Siebelis. ad Philoch. p. 3, emendatio, νεανίαν 'Ερατοσθένην. Lysania dicitur magistro usus fuisse, cuius memoria maxime dubibus Homericorum Scholiorum notationibus (v. Wolf. proleg. p. 186.) et Athenaei XI. p. 504. B. annotat. Callimachi disciplina si fruebatur, vix quidquam ille ad Eratosthenis ingenium valuit: nec mirum in diversitate morum utriusque perinsigni. Quam qui perspexerit, intelliget, quanti sit faciendum Fabricij dictum III.

p. 823, in Callimachi *Aitia* commentatum esse, sine teste edocentis: quod etiam multis antestantibus ablegandum foret. Neque vero simultatem utrumque distinuisse arbitror, declarante Callimachi fragmento, quod de Apollonio pronunciavit (CC.): καὶ μόνος αἰ-  
ζηῶν ἔγρας οὐδεμόνα. Qualis autem per mathemati-  
cas disciplinas dux Eratostheni affuerit, Lexicographus  
tradere non curavit. Iam si Strabo, de cuius loco ad  
philosophica scripta agetur, verum exposuit, consuetu-  
dinem Athenis cum Zenone contraxit; in suas tamen  
partes Arcesilaus et Aristo Chius pertraxerunt, quorum  
auctoritatem revereri ne maturior quidem aetas eum  
dedocuit: sed de hoc arguento affatim alibi disputa-  
tum est. Tandem a Ptolemaeo Euergeta advocatus bi-  
bliothecae Alexandrinae praefuit, in eaque urbe diem  
suum obiit. Favore enim a Ptolemaei exceptum fuisse,  
et docet Strabo XVII. p. 838. Κνοηναῖος δὲ ἐστὶ καὶ  
Καλλίμαχος, καὶ Ἐρατοσθένης, ἀμφότεροι τετιμημένοι  
παρὰ τοῖς τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῦσι, ὃ μὲν ποιητὴς  
ἄμα καὶ περὶ γραμματικὴν ἐσπουδακώς, ὃ δὲ καὶ ταῦ-  
τα, καὶ περὶ φιλοσοφίαν, καὶ τὰ μαθήματα, εἰ τις ἀλ-  
λος, διαφέρων et significat Syncellus p. 91. C. (Chro-  
nogr. fr. XXIII.) ἀν τὴν γνῶσιν (reges Thebanos di-  
cit), φησίν, ὃ Ἐρατοσθένης λαβὼν Αἰγυπτιακοῖς ὑπο-  
μνήμασιν καὶ ὄνόμασιν κατὰ προσταξιν βασιλικὴν τῇ  
Ἐλλάδι φωνῇ περιέφρασεν. Sed quod ait G. I. Vossius  
de natura artium p. 114. b. opp. tom. III., Alexan-  
driæ eius suasu armillas ac regulas ad quotidie obser-  
vandos motus coelestes institutas fuisse, fortasse teste al-  
lato fidem sibi inveniet. Octogenarium decessisse ait  
Suidas; Lucianus supra laudatus, δύο καὶ ὡδούχοντα  
οὗτος ἔξησεν ἔνη \* accurrior Censorinus c. 15. de anno  
octagesimo primo sermocinans: Eratosthenes quoque,  
ille orbis terrarum mensur, et Xenocrates Platonicus,  
veteris Academiae princeps, ad eundem annum vixe-

runt. Huius ratio, quia certae cuidam ratiocinationi adaptatur, vera ponenda est. Quae de mortis genere Suidas protulit non improbanda, ille non adeo faveret, idemque paene abrogat Dionysii Cyziceni in Eratosthenem epigramma apud Brunck. Analect. II. p. 255.

*Προηγύτερον γῆρας σε, καὶ οὐ πατὰ νοῦσος ἀμαρτῃ  
ἔσβεσεν, εἰνῆδης δὲ πενον ὄφειλόμενον,  
ἄκρα μεριμνήσας, Ἐρατόσθενες· οὐδὲ Κυρῆνη  
ματά σ' ἐπ' ἀτρυπτων ἐντὸς ἔθεντο τάφων,  
Ἄγλαον νιέ· φίλος δὲ καὶ εἰν ξείνη κεκαίνυται  
πάρ τοδε Πρωτῆς ψράσπεδον αἰγαλοῦ.*

In custodia bibliothecae ei successisse Apollonium Rhodium Suidas tradit v. *Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεύς*, sive auctor vitae Apollonii. Ceterum discipulorum Eratosthenis clarissimus est Aristophanes\*), non obscurus Mnaseas; Menander autem et Aristis, cuius nomen etiam in corruptelae suspicionem incurrit, fere delitescunt.

Omnés, quotquot viros Cyrenæ insignes protulérunt, longo post se intervallo reliquit Eratosthenes, idem cunctorum, quos Ptolemaeorum favor litterarumque amor Alexandriae unico exemplo congregavit colligitque, ex iis animi dotibus, quibus hominis docti colligitur excellentia, censis, longe maximus. Sive enim accuratissimum requiras doctrinarum complectum, sive eruditionem minutissima quæque adhibentem ac suis in locis reponentem, ratione, iudicio subtilissimo,

\*) Ne in crimen temere vocaremur, Boeckhii verba insérere visum fuit super præfata Schol. Pindar. p. XII. monentist Zenodoti Ephesii, Callimachi et Eratosthenis discipulus; Aristarchi magister, non de Chrysippo scripseram, sed de Aristophane Byzantio, collectis singulis ex Stida vocc. *Ἄρισταρχος*, *Ἄριστοφάνης*, *Ἐρατόσθενης*; sed nescio quo casu huc relata sunt. Reponi debebant p. X, lin. 11. post vocem qui,

sagacitatem moderatam, sive humanitatem, quae in angustiis aut anguli natura concessi aut disquisitionum minime defixa, veritatem unice investiget et ad iustum ac liberalem gentis humanae sese emergat aestimationem: artiorem harum virtutum consociationem praeter Aristotelem nemo ex antiquis auctoribus Eratosthenem perfectius instituisse deprehendatur. Contestantur, quae, post tantam disperditionem ac dissipationem, eius operum mathematicorum litteratorumque adhuc notitiam nimis tenuem fragmenta conservarunt; contestantur immensae olim admirationis documenta, quae etiam adversarii cum multitudine sua, tum dictis adauerunt. Memorabilis est titulus a Suida proditus, *Πένταθλος*; nec minus conspicuum insigne, *Φιλολόγος*. Quod enim ancipitibus Suetonii (de illustr. gramm. 10. Philologi appellationem assumpsisse videtur (Ateius), quia, sicut Eratosthenes, qui primus hoc cognomen sibi vindicavit, multiplici variaque doctrina censebatur.) verbis efficiebant, Eratosthenem sibi ipsum hoc cognomen asseruisse: refellitur notione illus vocis *vetustissima*, diligentissime exposita a Io. Wowerano de Polymathia c. XV., quibus notationibus adiificantur Lobeckio observata ad Phrynic. p. 393. Litteratum enim quem Romani vocarunt id vocabuli apud personatum demum Plutarchum de poetis audiendis significavit. Sed Clementis supra adducti testimonium, secundum nonnullos Eratosthenem *Κορεκόν* sive *Γραμματικόν* audiisse, fundamento nititur perquam incerto. Critici quidem cognomentum, acrem genuinorum spuriorumque indicem designans, potuit a libris de antiqua Comœdia peti. Clarissime tamen comparatione inter Nostrum ceterosque Alexandrinos vel aequales adhibita Eratosthenis ingenium elucebit. In quod certamen non alii, quam Lycophro, Aratus, Callimachus, Nicander, admittentur. Sed *Lycophrone* quis tandem præ-

viorem et erditionis et poeticae abusum manifestavit? sanam vero mentem et per Cassandra et libros de comicis frustra desideremus. Iisdem a vitiis ne Lycophroni quidem potest Nicander comparari. Minus doctrinae, plus iudicii ac facultatis poeticae consignatum dedit Aratus carmine utroque; rectissime diuidicavit Callimachus epigr. 38, tenue ac dulce dicendi genus, multis comparatum lucubrationibus, illi attribuens; reliquorum eius monumentorum nihil amplius extat. Quos omnes superavit Callimachus, cuius praeter alios morem optime indagavit Clemens Alexandrinus: Εὐφορίων γαρ ὁ ποιητής, καὶ Καλλιμάχου Ἰδις, καὶ τὰ Αἴτια, καὶ ἡ Λυκόφρονος Ἀλέξανδρα, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια εἰς ἐξήγησιν γραμματικοῖς ἔπειται ἀπάσι. Erditione fuit sane Callimachus onestissimus, idemque verborum et locutionum ad modulum avium, ut recte facetissimus Sillographus, Alexandrinarum Musei audacissimus novator, qualia cum frequenter appoperet, non potuerunt non centena eius fragmenta a Grammaticis excitari: ad Eratosthenae perraro eum in usum provocatur, unde copia reliquiarum praceptoris cedit. Sed si quid praeterea perlustratur, nihil nisi longae ac ieuniae descriptiones et excursus praesto sunt, incernam ut qui maxime redolentes. In explicanda quidem sententiārum et amoenitate et gravitate magnopere eum Philetas superasse videtur, ex cuius poematis nihil plumbēi decerpitur. Iam vero exigui haec momenti existimanda prae anili fabularum dudum ab hominibus doctis excussarum tenacitate. Laudamus iudicium de Euhemero, tela hebetiora profundi, fragmento LXXXVI., ridemus argumentum initio, ne quid ridiculi desideraretur, hymni Iovis propositum; nec quidquam stolidius afferri potuisse iis arbitramur, quibus hymno Apollinis extremo vim illius Dei, quibus hymno in Delum Nymphaeum et arborum commercinm vindicavit. Cetera

hic enumerare, quae si expenderentur, rimarum plena, ut ille ait, hac illac perpluerent, longum est.

In hac Eratosthenis praestantia nihil tamen admirabile est iactura omnium huius operum, quorum singulare acervo inutilem antiquitatis nugarum quisque facile redimeret. Geographica enim, a multis compilata, tandem Strabonis commentariis intellectu expeditionibus succubuerunt. Alia vel difficultate argumenti perierunt, vel epitomatoribus similibusve praedonibus cesserunt, quod intelligendum imprimis de libris philosophicis, a Favorino praesertim usurpati, et opusculis de antiqua Comoedia (cf. fr. II.). Neque enim multitudo iis officit: duodecim libellis, non densis voluminibus actum de comicis fuisse veri simillimam praebet speciem. Iam cubi duplicandi methodo omissa, si tres quattuorve philosophicae ponuntur commentationes, vix decem eius colliguntur opera, qui octoginta annos attigerit. Referenda autem videbantur sive ad genus mathematicum, cuius primaria sunt Geographorum quoque volumina, sive ad litteratos libellos. In priori versantur parte:

- I. Geographica.
  - II. Mercurius.
  - III. Libri de mathematicis disciplinis.
  - IV. Cubi duplicatio.
  - sequente V. Appendice Philosophicorum.
  - In altera: VI. Commentarii de antiqua Comoedia.
  - VII. De Chronographiis.
-

---

# OPERA MATHEMATICA.

---

## I. GEOGRAPHICA

**O**pere suo Geographico prae ceteris, ac, si libros Aristotelicos exceperis, sine exemplo tantum sibi nominis atque auctoritatis Eratosthenes conciliavit, ut per decem quando minimum ponamus numerum saecula de possessione a nemine disturbatus imperarit. Quamvis enim multi in singulis emendationa atque accurriora tradidissent, non pauci erroribus magni viri refellendis quam maxime strenuam operam dicassent: nullus tamen universam systematis conformatiōnē immutare fuit ausus, sed melioribus ut sibi videbantur vel repertis, tanto nihilominus praesidio contra temeritatis notam aese communire satius existimabant. Unde factum est, ut inde ab ipso Hipparcho easdem sententias tenerent Dionysius Periegeta (annotantibus et Eustathio ad eundem init. καθά καὶ Ἐρατοσθένης δοξάζει, οὐ δηλωτής ἐστιν ἐν πολλοῖς ὁ τὸ οἰκουμενικὸν τουτὶ συνταγμάτιον ποιησάμενος, et Salmasio Plin. Exercit. T. I. p. 491. b. A. II. p. 878. a. B.), Strabo, Pomponius Mela, Plinius, Solinus, Martianus Capella, (disertis verbis VIII. p. 274. Sed quoniam utcunque in Graiam notitiam hominum errabunda perveni, sufficere oportet quidquid ab Eratosthene, Ptolemaeo, Hipparcho ce-

A

terisque vulgatum, ne me ultra loquendi necessitas ingravaret.) Orosius, Aethicus, praeter alios tandem Anonymus Ravennas. Vide Gossellini (Recherches sur la géographie systématique et positive des Anciens) T. III. p. 186. Quin iisdem vetustior Apollodorus ita ex Eratostheni pependit, ut non raro illius nove excoigitata, ita tamen ut expilatorem possis agnoscere, cum pulvisculo excusserit: de quo aliquoties Strabo admonet. I. p. 51. τούτῳ δὲ ἄγνοούντα τὸν ποιητήν, ὡςπερ καὶ τὰ ἀλλά, δόσα εἰρημένον Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ νεῶν καταλόγῳ δευτέρῳ, καταψεύσασθαι τῶν τόπων τὰ μη ὄντα. p. 43. οὐδὲπον κατ' ἄγνοιαν τοπικὴν καὶ τούτων λεγομένων, ἀλλ᾽ ἐν μύθον μᾶλλον σχῆματι, καθάπερ καὶ τὸν παρ' Ἡσίόδῳ καὶ τοῖς ἄλλοις, ἢ προφέρει Ἀπολλόδωρος, οὐδὲ διὸ τρόπον παρατίθησι τοὺς Ὁμήρου ταῦτα, εἰδὼς τὰ μὲν γάρ Ὁμήρου τὰ περὶ τὸν Πόντον καὶ τὴν Αἴγυπτον παρατίθησιν, ἄγνοιαν αἰτιώμενος, ὡς λέγειν μὲν τὰ ὄντα βουλομένουν, μηδέγοντος δὲ τὰ ὄντα, ἀλλὰ τὰ μη ὄντα, ὡς ὄντα, κατ' ἄγνοιαν. Ἡσίόδον δὲ οὐκ ἀν τις αἰτιάσασι τὸν ἄγνοιαν Ἡμίκοντας λέγοντος καὶ Μακροκεφάλους καὶ Πυγμαίους, et quae sequuntur de imperitia excusanda. Quae de Hesiodo et similibus poetis assert, sunt re vera Apollodori, qui quidem his contraria, et teste Strabone, et perse rationi Eratosthenis convenientia, eodem in libro prodere non dubitavit. Ita enim Strabo VII. p. 298. sq. Ἄδει Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ νεῶν προοιμιαζόμενος εἰρηκεν, ἥμιστα λέγοις ἄν. ἐπανεῖ γάρ Ἐρατοσθένους ἀπόφασιν (v. fr. V.), συνηγορῶν δὲ τούτοις, Ὁμηρόν φησι τὴν μὲν Αὐλίδα καλεῖν πετρήσσαν, ὡςπερ καὶ ἔστι, πολύνημον δὲ τὴν Ἐτσωνόν, πολυτρήρωνα δὲ τὴν Θίσβην, ποιῆσυτα δὲ τὸν Ἀλιάρτον· τὰ δὲ ἀπωθεν οὔτε αὐτὸν εἰδέναι, οὔτε τοὺς ἄλλους. ποταμῶν γοῦν περὶ τετταράκοντα διεόντων εἰς τὸν πόντον, μηδὲ τῶν ἐνδοξοτάτων μηδενὸς μεμνησθαι — εἴτι δὲ Σκυθῶν μὲν μηδε-

μνήσθαι, πάντως δὲ ἀγανούς τινας Ἰππημαλγούς καὶ Γαλακτοφάγους Ἀβίους τε. — οὐ Θαυμαστὸν δὲ εἶναι περὶ Ὁμῆρον· καὶ γὰρ τοὺς ἔτι νεωτέρους ἐκείνου πολλὰ ἀγνοεῖν καὶ τερατολογεῖν· Ἡσίοδον μὲν Ἡμίκυνας λέγοντα καὶ Μεγαλοεφάλους καὶ Πυγμαίους· Ἀλκμάνα δὲ Στεγανόπεδας· Λίσχύλον δὲ Κυνοκεφάλους καὶ Σκερδνοφθάλμους καὶ Μονομάτους, καὶ ἄλλα μνοία. — — ἐπιτείνει δὲ καὶ τοῖς περὶ Σκελίαν τὴν πλάγην λέγοντες καθ' Ὁμηρον τὴν Ὄδυσσεως· εἰ γὰρ αὐτὸν χρῆσαι τὴν μὲν πλάνην ἐκεῖ γεγονέναι φάσκειν, τὸν δὲ ποιητὴν ἔξωκεανικέναι μυθολογίας χάριν. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις συγγνώμην εἶναι, Καλλιμάχῳ δὲ μὴ πάντα, μεταποιουμένῳ γε γραμματικῆς — . τούτοις δὲ μικρά τινα προσθεῖται παντά, πανέται, τὰ πλεῖστα μετενέγκας παρὰ τοῦ Ἐρατοσθένους. Satis clare hoc fragm. I. V. IX. innuncunt. Idem I. p. 44. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐπιτιμᾷ Καλλιμάχῳ, συνηγορῶν τοῖς περὶ Ἐρατοσθένη, διότι, οὐκίτερ γραμματικὸς ἦν, παρὰ τὴν Ὁμηριὴν ὑπόθεσιν καὶ τὸν ἔξωκεανισμὸν τῶν τόπων, περὶ δὲ τὴν πλάγην φράζει, Γαῦδον καὶ Κόρηνταν ὄνομάζει. Callimachi sententia non ad ἔθνικὰ δηγομασίας, sed ὑπομνήματα referri debebat. Idem XII. p. 553. ἀγγοεῖν γὰρ αὐτὸν (*Ὀμηρον*) πολλὰ τῶν ἐνδόξων ἔφη παρὰ τὸν Πόντον, οἷον ποταμούς καὶ ἔθνη, ὄνομασσαι γὰρ ἄν. Sed multo plures eosque acerrimos censores iam Apollodori aetas, dein sequentia saecula profulerunt, deinceps recensendos.

a. Primum hic occurrit Polemo, idem sine controversia Περιηγηῆς dictus, cuius librorum adversus Eratosthenem \*) prescriptorum ex immenso aliorum cumulo quos Atheneus memoravit nonnisi quinque fragmentis notitia ad nos pervenit: plura enim neque ipse

\*) Ad aliud Eratosthenem ait Fabricius Bibl. Gr. IV. p. 119.  
pergine: qua causa permutata, nihil attinet inquirere.

repperi, neque alii, ut Vossius de histor. Gr. p. 120 Ancherus Diatriba p. 4. collegerunt. Quod quid tradit ap. Schol. Aristoph. Vesp. 1186, (de antiqua moed. fr. XXI.) si idem est, alibi de Ephudione nūsse videtur, subindicante fragm. ap. Schol. Eu Hipp. 230. coll. Schol. Vrat. Pind. introd. Ol. Jan primū de inscriptione dubitatio locum bet. Schol. enim Aristoph. Av. 11. μέμνηται αὐτοῦ καὶ Πολέμιων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς Ἀνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας. Hesychius: Βιδύναμις. βια. ὡς Πολέμιον ἐν Ἐρατοσθένους Ἀπεμία: qui cum opus illud ex vulgari τινὶ dicendī gis designaverit, quam rite attulerit, Ἐπιδημίᾳ leđum est\*). Harpocratio p. 19. (de antiqu. comoed. XII.) ησαν δέ, ὡς φροὶ Πολέμιον ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην, τετράγωνοι τὸ σχῆμα. Schol. S. Oed. C. 489. μετὰ γὰρ ἡσυχίας τὰ ιερὰ (τῶν Εἰνίδων) δρῶσι, καὶ διὰ τοῦτο οἱ αὐτὸς Ἡσύχου θύοι αὐταῖς, καθάπερ Πολέμιον ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην γησιν, οὕτω. Τὸ δὲ τῶν Εὐπατριδῶν γένος οὐ μετὰ τῆς θυσίας ταύτης. εἰτα ἔκῆς. Τῆς δὲ πομπῆς ταῖς Ἡσυχίδαι, δὴ γένος ἐστὶ πάρα (l. περὶ) τὰς σεμνεάς, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔχει. καὶ προδύονται πρὸς θυσίας κοινῷ Ἡσύχῳ ιερόν ἥρων, τούτον οὕτω καλοῦντες διὰ γούν εὐφημίαν, οὐ τὸ ιερόν ἐστι τὸ Κιμών ἐκτὸς τῶν ἐννέα πύλων. His omnibus verba gravissima accederent p. 15. "Ἐστι δὲ ὁ Ἐρατοσθένης οὐχ οὕτως εὐκατετρόστος, ὡστε μηδὲ Ἀθῆνας αὐτὸν ιθεῖν φάσκειν, ὅπερ λίμων ἐπιχειρεῖ δεικνύνται. Primo igitur loco Polémiorē vera de Eratosthene Athenis comimoranti disceptū

\*<sup>o</sup>) Imperite Schweighaenuserus in Athen. IV. p. 138. Ei, lectionem vulgatam, ἐν τῷ πάρα Σενοφῶντι κανάθρῳ, ex conjecturā sibi videbatur, vel potius explicacione Casauboni, ἐν περὶ τοῦ πάρα Σενοφῶντι κανάθρῳ, immutarem haud reverenter titulum, immutavit.

μνήσθαι, πάντως δὲ ἀγανούς τινας Ἰππημολγούς καὶ Γαλακτοφάγους Ἀβίους τε. — οὐ θαυμαστὸν δὲ εἶναι περὶ Ὁμήρου καὶ γὰρ τοὺς ἔτι νεωτέρους ἐκείνου πολλὰ ἀγνοεῖν καὶ τερατολογεῖν· Ἡσίοδον μὲν Ἡμίκυνας λέγοντα καὶ Μεγαλουεφάλους καὶ Πυγμαίους· Ἀλκμάνα δὲ Στεγανόπεδας· Δίσχύλον δὲ Κυνοκεφάλους καὶ Σκερνοφθάλμους καὶ Μονομμάτους, καὶ ἄλλα μυριά. — — ἐπιτείνει δὲ καὶ τοῖς περὶ Σκελίαν τὴν πλάγην λέγοντας καθ' Ὁμηρον τὴν Ὄδυσσεως· εἰ γὰρ αὐτὸς ταῦτα τὴν μὲν πλάνην ἔκει γεγονέγαι φάσκειν, τὸν δὲ ποιητὴν ἐξωκεανικέναι μυθολογίας χάριν. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις συγγνώμην εἴναι, Καλλιμάχῳ δὲ μὴ πάνυ, μεταποιουμένῳ γε γραμματικῆς — . τούτοις δὲ μικρά τινα προσθεῖται, πανέται, τὰ πλείστα μετενέγκας παρὰ τοῦ Ἐρατοσθένους. Satis clare hoc fragm. I. V. IX. innundat. Idem I. p. 44. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐπιτιμᾷ Καλλιμάχῳ, συνηγορῶν τοῖς περὶ Ἐρατοσθένη, διοτι, καίτερος γραμματικὸς ὁν, παρὰ τὴν Ὁμηρικὴν ὑπόθεσιν καὶ τὸν ἐξωκεανισμὸν τῶν τόπων, περὶ δὲ τὴν πλάνην φράζει, Γαῦδον καὶ Κόρυνθαν ὄνομάζει. Callimachi sententia non ad ἐθνικὰς ὄγομασίας, sed ὑπομνήμata referri debebat. Idem XII. p. 553. ἀγγοεῖν γὰρ αὐτὸν (*Ὀμηρον*) πολλὰ τῶν ἐνδόξων ἐφη παρὰ τὸν Πόντον, οἷον ποταμούς καὶ ἐδυη, ὄνομάσαι γὰρ αὐτόν. Sed multo plures eosque acerrimos censores iam Apollodori aetas, dein sequentia saecula protulerunt, deincepserunt recensendos.

a. Primus hic occurrit Polemo, idem sine controversia Περιηγητῆς dictus, cuius librorum adversus Eratosthenem \*) prescriptorum ex immenso aliorum cumulo quos Atheneus memoravit nonnisi quinque fragmentis notitia ad nos pervenit: plura enim neque ipse

\*) Ad aliud Eratosthenem ait Fabricius Bibl. Gr. IV. p. 119. pertinere: qua causa permotus, nihil attinet inquirere.

pendendi admonet; unde si effeceris, tum Polemonem, cum Eratostenem Athenis commoratum negaret, per pauca de contrario inaudivisse; tum Eratostenem, ut cui nec levitatis nota a quoquam inuratur, et multa super argumento, quod adversarius, testis istic idoneus, penitus pertractatum teneret, exprobrata videantur, fugitivo tantum oculo Athenas perlustrasse: haec igitur si effeceris, nihil quod naturae rerum Eratosthenicarum sit alienum elicueris. Ac non obscure communiquunt ipsius Strabonis verba, satis, licet subiungat, τοῦ Ζηνώνος — γνώμων γενόμενος Ἀθηναῖς, haesitabundi; quae quomodo intellexerit, ea quae statim sequuntur demonstrant: οὐτ' ἐπὶ τοσούτον πιστός, ὅφ' ὅσον παρεδέξαντο τινες. Haec igitur sibi vult, Eratostenem neque eum esse, qui sine pulvere de omni statu deiici queat, si quis eum Athenas advenisse negarit; neque per omnia ei fidem esse habendam. Igitur cum his ipsis et quae adduntur nixus Anchonus p. 4, 5. illum omnino diu ibi vitam degisse, ac iuvenem admodum in Zenonis et Aristonis sese disciplinam ait aliquantis per tradidisse, Suidas non meditatus ita censuit, qui Alexandriam Athenis eum arcessitum memoravit. Jam si Polemo ea de quibus modo dictum abnegavit, fecit ille motus opinor Eratosthenis sermone, asseverantis Graeciam se peragrasse.

2. Succedit Hipparchus, qui astronomiae impense operam dicavit, eamque ad geographiam in primis referre studuit, (v. Strab. I. p. 7. II. p. 131. sqq.) adeo famen ab indicandi vi hebes ac destitutus, ut plumbea eius argumenta, tribus ex libris adversus Eratosthenis Geographica\*) desumpta, Strabo contentione per sane

\*) Suid. v. Ἰππαρχος· ἡγεμών — καὶ εἰς τοὺς ἀριστούς. Miram locationem falsa sententia intulit G. I. Vossius, de natura artium p. 115. 2. opp. t. III., conjectans εἰς ἀντιρρημόνες. Rescribendum fuerat εἰς τὰ Ἐραστήρια, Γεωγραφία sive suppleto, sive adiecto. Simile vitium Ἐραστῆρις apud Atheneum extabat.

mediocri posset refutare. Plinii quidem II, 112, Hipparchum et in coarguendo adversario, et in reliqua omni diligentia mirum, insignientis laudatio et ambigua est, neque in auctoritate viri si accuratam sententiam requiras perexigua mōram attulerit. Nō hic quidem Eratosthenis, quem infestissimus iure et iniuria adoriebatur, systema omnino deiicere sustinuit. Nam quod Plinius loco modo allato adiecisse, eam mensuræ orbis terrarum ab Eratostheni institutæ stadiorum paullo minus XXV. millia prodidit, nihil contra efficitur. Gossellinum sane (Géographie des Gr̄es analysée p. 52 sq.) vehementer eius verba vexaverunt, adeo ut ad emendationem prolaberetur, VII. millia CC. ex Marciani Heracleotae p. 6. componendam, quo teste Eratosthenes maximum terrae ambitum 259, 200. stadiorum collegerit. Mireris, tam puerilem coniecturam in re manifestissima viro acuto excidisse: nam Marcianum si sequare, non potuit illa 7200. Hipparchus addere. Sed verum pessuperat Mammertus (Geogr. d. Gr. u. Röm. Norib. 1788. p. 102.), ac verbis ut qui maxime disertis admonuit Strabo I. p. 62. Εἰ δὲ τὴν λασάνη, ἡλίαντην αὐτὸς εἴρηκεν, οὐχ ἀμοιβούσιν οἱ νῦν ερευνοῦσι τὴν ἀναμέτρησιν ὅμως δὲ πρὸς τὴν σημειώσιν τῶν κατὰ τὰς οἰκήσεις ἐκάστας φαινομένων προσγράπται τοὺς διαστήμασιν ἔκειτοις Ἰππαρχος. Iterum II. p. 113. Τούτοις δὲ συνφόδια πώς ἔστι: καὶ τὰ ύπὸ Ἰππαρχου λεγόμενα φησὶ γαρ ἔκειτος, ύποθέμανος τὸ μέγεθος τῆς γῆς διπερ εἴτεν Ἐρατοσθένης, ἐντεῦθεν δειν ποιεισθαι τὴν τῆς οἰκουμένης ἀφίρεσιν, et quae sequuntur. Adde fr. XXXVII. XLIII. collatis quae ad fr. XLII. dicentur. Vellem etiam aliud a Gossellino demonstratum fuisse, quod tabulam geographicam ab Hipparcho secundum projectiones quas aiunt perfectam tradit. Idem vero, quam immensos errores ille maxime in Asia constituenta

commiserit, satis evicit (v. Recherches sur la géogr. syst. et positive des Anciens T. I. p. 65.). Quae igitur ex Hipparchi opere Strabo servavit, haec sunt. I. p. 5. sq. πάντη γούν ὁ αὐτὸς τρόπος τῶν τε μεταβολῶν οἰστάρχει καὶ τῶν αὐξήσεων, ἡ οὐ πολὺ παραλλάττων· ὡς ἀν ύφ' ἐνδέ πελάγους τῆς ικνήσεως ἀποδιδομένης, καὶ ὑπὸ μιᾶς αἰτίας. "Ιππαρχος δ' οὐ πιθανός εστιν, ἀντιλέγων τῇ δόξῃ ταύτῃ, ὡς οὐδὲ δύμοιο παθοῦντος τοῦ οἰκεανοῦ πανταχοῦ, οὕτ' εἰ δοθεῖη τούτῳ, ἀκολουθοῦντος αὐτῷ τοῦ σύζητον εἶναι πάντα τὸ οὐκέτι πέλαγος τὸ Ἀτλαντικόν· πρὸς τὸ μὴ δύμοιο παθεῖν μάρτυρι χρώμενος Σελεύκιος τῷ Βαρβυλωνίῳ. Rectiora Strabo post Eratosthenem.

p. 7. Εὐ δὲ καὶ "Ιππαρχος ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένη διδάσκει, ὅτι παντὶ καὶ ίδιώτῃ καὶ τῷ φιλομαθοῦντει τῆς γεωγραφικῆς ιστορίας προσηκούσης ἀδύνατον λαβεῖν ἄνεμον τῆς τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς τῶν ἐκλεπτικῶν τηρήσεων ἐπικρίσεως.

p. 27. aduersus Homericam disputationem: Καὶ ἐν τῷ Καταλόγῳ τὰς μὲν πόλεις οὐκ ἐφεξῆς λέγει ("Ομηρος")· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον· τὰ δὲ ἔθνη ἐφεξῆς: δύμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἀπωθεν. — "Οπερ καὶ "Ιππαρχος ἐπισημαίνεται. Aliud de Homericis Eratosthenis dictum satis inficetum p. 16. memoratur.

p. 55. "Ο δὲ κατὰ Βυζάντιον (πορθμὸς) οὐδὲ μετέβαλλεν, ἀλλὰ διετέλει τὸν ἔκρονον ἔχων μόγον, τὸν δὲ τοῦ Ποντικοῦ πελάγους εἰς τὴν Προποντίδα· ὡς δὲ "Ιππαρχος ιστορεῖ, καὶ μονάς ποτε ἐποιεῖτο.

p. 66. "Ιππαρχος δὲ ἐκδεξάμενος τὸ συγάπτειν (fr. XXXIII.) ταύτον τῷ σύζητον γενέσθαι τὴν ἡμετέρων θάλατταν τῇ ἐρυθρᾷ διὰ τὴν πλήρωσιν, αἰτιάται, τί δήποτε οὐχὶ τῇ κατὰ τὰς στήλας ἐκρύσσει πεθισταμένη ἐκεῖσε η̄ παθ̄ ἡμάς θάλαττα συμμεθιστῇ καὶ τὴν σύζητον αὐτῇ γενομένην, τὴν ἐρυθράν, ἀλλ' ἐν τῇ αὐτῇ διέμεινεν ἐπιφανεῖται, μὴ ταπεινούμενη: καὶ

## I. GEOGRAPHICA.

γάρ καὶ αὐτὸν Ἐρατοσθένη τὴν ἐκτὸς θάλασσαν ἀπει-  
σαν σύρροντα εἶναι, ὡς τε καὶ τὴν ἐσπέριον καὶ τὴν  
ἀριθμὸν μίαν θάλασσαν εἶναι. Τοῦτο δὲ εἰπὼν ἐπι-  
φέρει τὸ ἀκόλουθον, τὸ· τὸ αὐτὸν υψος ἔχειν τὴν τε  
ἴσην σηγῶνταν θάλασσαν καὶ τὴν ἀριθμὸν καὶ ἔτι τὴν  
ταύτην γεγονοῦνταν σύρροντα. Quae licet funditus pro-  
digaverit, turbas tamen dedisse Strabo putandus est,  
siquidem ista, quibus nihil cum disputatione de Casio  
intercedit, immo ad Eratosthenis effatum pertinentia,  
mare eandem non constituere superficiem, alieno loco  
proposuit. Statim aliam obiectionem subiungit:

Ψευδῆ δὲ εἶναι φήσας τὴν ἐπὶ τοῖς δελφίσιν ἐπι-  
γραφὴν Κυρηναίων θεωρῶν (fr. XXXI.), αἵτιαν ἀπο-  
δίδωσιν οὐ πιθανήν, ὅτι ἡ μὲν τῆς Κυρήνης πτίσις ἐν  
χρόνοις φέρεται μηνιονευομένοις, τὸ δὲ μαντείον οὐ-  
δεὶς μέμνηται ἐπὶ θαλάσσης ποτὲ ὑπάρξαι. Verissime  
Strabo: Τί γὰρ εἰ μηδεὶς μὲν ἰστορεῖ, ἐκ δὲ τῶν τεκμη-  
ρίων, ἐξ ἦν εἰκάζομεν, παράλιον ποτε τὸν τόπον γενέ-  
θαι, οὗ τε δελφίνες ἀνετέθησαν, καὶ ἡ ἐπιγραφὴ ἔγ-  
νωτο ἐπὶ Κυρηναίων θεωρῶν;

Pergeit p. 56. sq. Συγχωρήσας δὲ τῷ μετεωρισμῷ  
τοῦ ἐδάφους μετεωρισθείσαν καὶ τὴν θάλασσαν ἐπι-  
ειλύσας τοὺς μέχρι τοῦ μαντείου τόπους, πλέον τῶν  
τρικυλίων διεσδίλειν ἀπὸ θαλάσσης διέχοντας, οὐ συγ-  
χωρεῖ τὸν μέχρι τοσούτου μετεωρισμόν, ὡς τε καὶ τὴν Φάρον ὄλην καλυψθῆναι καὶ τὰ πολλὰ τῆς Αἰγαίου πον-  
ῶστερ οὐχ ἴκανον ὄντος τοῦ τοσούτου υψοντας καὶ ταῦ-  
τα ἐπικαλύσσαι. Φήσας δὲ, εἶπερ ἐπεπλήρωτο ἐπὶ τοσού-  
τον ἡ καθ' ἥμας θάλασσα, πρὶν τὸ ἐκρηγμα τὸ κατὰ  
τὰς στήλας γενέσθαι, ἐφ' ὃσον εἰρηκεν ὁ Ἐρατοσθένης,  
τρῆναι καὶ τὴν Λιβύην πᾶσαν καὶ τὰ πολλὰ τῆς Εὐ-  
ρώπης καὶ τῆς Ασίας κεκαλύφθαι πρότερον, τούτοις  
διαφέρει, διωτεί καὶ ὁ πόντος τῷ Ἀδρίαν σύρροντας ἀν-  
τιῆρεις κατά τινας τόπους, ἀτε δὴ τοῦ Ἰστρου ἀπὸ  
τῶν κατὰ τὸν πόντον σχιζομένουν, καὶ φέοντος εἰς δια-

• OPERA MATHEMATICA.

νέρσεν τὴν θάλατταν, διὰ τὴν θέσιν τῆς χώρας. Ἐπί-  
άκμαν argumentationem idem Strabo concidit.

p. 63. Τὸν δὲ διὰ τοῦ Βορυσθένους παράλληλον τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ διὰ τῆς Βρετανικῆς εἰκάζοντιν Ἰππαρχός τε καὶ ἄλλοι, ἐκ τοῦ τὸν αὐτὸν εἶναι καὶ τὸν διὰ Βυζαντίου τῷ διὰ Μασσαλίας ὃν γὰρ λόγον εἴρηκε τοῦ ἐν Μασσαλίᾳ γνώμονος πρὸς τὴν σκιάν, τὸν αὐτὸν καὶ Ἰππαρχος κατὰ τὸν ὁμώνυμον καιρὸν ἐνέρειν ἐν τῷ Βυζαντίῳ φησίν· ἐκ Μασσαλίας δὲ εἰς μέσον τὴν Βρετανικὴν οὐ πλέον ἔστι τῶν πεντακισχιλίων σταδίων. Eam observationem non sibi, sed aetati suae accepitam rettulit. Cf. II. p. 71.

II. p. 68, sq. Πρὸς δὲ τὴν ἀπόφασιν ταύτην (fr. LVII.) ὁ Ἰππαρχος ἀντιτείγει διαβάλλων τὰς πίστεις. οὗτε γὰρ Πατροκλέα πιστὸν εἶναι, δνοῖν ἀντιμαρτυρούντων αὐτῷ, Δημάρχου τε καὶ Μεγασθένους, οἱ καθ' οὓς μὲν τόπους διεμυρίων εἶναι σταδίων τὸ διάστημά φασι τὸ ἀπὸ τῆς κατὰ μεσημβρίαν θαλάττης, καθ' οὓς δὲ καὶ τριεμυρίων. Τούτους γε δὴ τοιωταὶ λέγειν, καὶ τοὺς ἀρχαίους πίνακας τούτοις ὅμολογεν. Ἀπίθανον δήποτε νομίζει τὸ μόνῳ δεῖν πιστεύειν Πατροκλέι, παρέντας τεσσοῦτον ἐπιμαρτυρούντας ἀντῶ, καὶ διορθοῦσθαι παρ' αὐτὸν τούτα τοὺς ἀρχαίους πίνακας· ἄλλα μη ἐάν οὕτως, ἕως ἂν τε πιστότερον περὶ αὐτῶν γνῶμεν. Etiam infelicius tem gessit, his adiunctis: "Ετι φησίν ὁ Ἰππαρχος ἐν τῷ δευτέρῳ ὑπομνήματι αὐτὸν τὸν Ἐρατοσθένη διαβάλλειν τὴν τοῦ Πατροκλέους πίστιν, ἐκ τῆς πρὸς Μεγασθένη διαφωνίας περὶ τοῦ μήκους τῆς Ἰνδικῆς τοῦ κατὰ τὸ βόρειον πλευρόν (fr. CVIII.). El οὖν διὰ τὴν διαφωνίαν ἐνταῦθα ἀπιστος ὁ Πατροκλῆς, καίτοι παρὰ χειρίους σταδίους τῆς διαφορᾶς οὕσης, πόσῳ χρὴ μᾶλλον ἀπιστεῖν, ἐν οἷς παρὰ ὄκτακισχιλίους ἡ διαφορά ἔστι, πρὸς δύο καὶ ταῦτα ἀνδρας συμφωνούντας ἄλληλοις, ὃν μὲν λεγόντων τὸ τῆς Ἰνδικῆς πλάτος σταδίουν

δισμηρίων, τοῦ δὲ μύριων καὶ δισχιλίων; Incredibilem  
nugarum congeriem manifestavit Geographus. Sed haec  
ad illum cognoscendum satisfacent.

Alia ex Hipparcho idem protulit II. p. 72. 74. 76  
sq. 76 — 78. ubi insigne flagitium commemorat: ‘Εξῆς  
δὲ συντηγαφῶν ἔτι τοῖς ἀρχαῖοις πίναξιν οὐ τὰ λεγό-  
μενα ὑπὸ τοῦ Ἐρατοσθένους προφέρεται περὶ τῆς τοι-  
τῆς σφραγίδος, ἀλλ᾽ ἐκτῷ καχαιρισμένως πλάτεις τὴν  
ἀπόδασιν πρὸς ἀνατροπήν εὑρυτῇ. cf. p. 79. praeterea  
p. 81 — 85. quae his Strabo seponit: ταῦτα μὲν οὖν  
δει λέν τις παιδικά. p. 86 — 74. finem impotens, ἐν  
δὲ τούτῳ, αἴτ, τῷ ὑπομνήματι καὶ δικαίᾳ καὶ οὗτος  
δίδωσιν ἀφορμὰς ποιεῖ διὰ τοῦ Τιμοσθένης· ὡςτέ οὐδὲ τίπιν  
παταλείπεται συνεπισκοπεῖν, ἀλλ᾽ ἀρχαῖοις τοῖς ὑπὸ<sup>τοῦ</sup> Ἐπαρχοῦ λεγθεῖσιν.’ At meminem Strabonis, vñ  
a mathematicis alienissimi, sententia movebit. Adde  
p. 136. præter locos supra laudatos.

3) Etiam *Polybiūm* opere geographicō sententiis  
Eratosthenis refutandis vacasse, aliquot locis apud Stra-  
bonem constat. Primus extat I. p. 20. προσπίπτει γάρ,  
αἱς εἰκός, αἱς πιθανότεροι, ἄν (l. al.) οὕτω τις ψεύ-  
δοστο, εἰ καταμίσγοι τι καὶ αὐτῶν τῶν ἀληθεών, ὅπερ  
καὶ Πολύβιος φησι περὶ τῆς Ὁδυσσέως πλάνης ἐπο-  
γερῶν. p. 26. Καὶ Πολύβιος δὲ ὁρθῶς ὑπονοεῖ τὰ  
περὶ τῆς πλάνης τὸν γὰρ Αἴολον, τὸν προσημαίνοντα  
τοὺς ἔκπλους ἐν τοῖς κατὰ τὸν πορθμὸν τόποις ἀμ-  
φιρόμοις οὖσι καὶ δυσέπιπλοις διὰ τὰς παλιρρόιας, τα-  
μίαιν τε εἰρηθας τῶν ἀνέμων καὶ βασιλέας νεγορε-  
θαι φησι, καθάπερ Δαναὸν μὲν τὰ ὑδρεῖα τὰ ἐν “Ἄργει  
παραποίησαντα, ‘Ἄτρεα δὲ τοῦ ἥλιου τὸν ὑπεναντίον  
τῷ οὐρανῷ δρόμον’ μάντεις τε καὶ ἱεροσκοπουμένος  
ἀποδεικνυσθαι βασιλέας τούς δέ τοις λεόπας τῶν Διγυ-  
νταίων καὶ Χαλδαίους καὶ μάγους, σοφίᾳ τινὶ διαχέρον-  
τας τῶν ἀλλων, ἥγεμονιας καὶ τιμῆς τιγχάνειν παρὰ  
τοῖς πρὸ ημῶν. οὕτω δὲ καὶ τῶν θεῶν δνα ἔκαστον

τῶν χρησιμων τινὸς εἰρετὴν γενόμενον τιμάσθαι.  
 Ταῦτα δὲ προοικονομησάμενος, οὐκ ἔξ τὸν Αἴολον ἐν  
 μύθου σχήματι ἀκούεσθαι, οὐδὲ ὅλην τὴν Ὁδυσσέως  
 πλάνην, ἀλλὰ μικρὰ μὲν προσμεμυθεῦσθαι, καθάπερ  
 καὶ τῷ Ἰλιακῷ πολέμῳ: τὸ δὲ ὅλον περὶ Σικελίαν καὶ  
 τῷ ποιητῇ πεποιηθεῖ, καὶ τοῖς ἄλλοις συγγραφεῦσιν,  
 οἵσι τὰ περιχώρια λέγονται τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ  
 Σικελίαν. Οὐκ ἐπαινεῖ δὲ οὐδὲ τὴν τοιαύτην τοῦ Ἐρα-  
 τοσθένους ἀπόφασιν — (fr. VII.). Vulgaris ista alu-  
 cinatio vix latum unguem ab Hipparcheis distat. Ex  
 iis quae plura hunc in modum disputat maxime illa  
 p. 25. notanda sunt: Τὸ δὲ πάντα πλάττειν οὐ πιθα-  
 νόν, οὐδὲ Ὁμηρικόν· τὴν γὰρ ἐκείνου ποίησιν φιλο-  
 νόημα πάντας νομίζειν, οὐχ, ὡς Ἐρατοσθένης φησι,  
 καλεύων μη κρίνειν πρὸς: τὴν διάνοιαν τὰ ποιήματα,  
 μηδὲ ιστορίαν ἀπ' αὐτῶν ζητεῖν. Sequitur II. p. 104.  
 Πολύβιος δὲ τὴν Εὐρώπην χωρογραφῶν, τοὺς μὲν  
 ἀρχαίους ἔαγε φησι, τοὺς δὲ ἐκείνους ἐλέγχοντας ἔξε-  
 τάζειν, Δικαιαρχόν τε καὶ Ἐρατοσθένη τὸν τελευταῖον  
 πραγματευσάμενον περὶ τῆς γεωγραφίας. — τὸν δὲ  
 Ἐρατοσθένη (φησὶ) διαπορήσαντα, εἰ χρὴ πιστεύειν  
 τούτοις (τοῖς Πυθέσιν), δῆμος περὶ τε τῆς Βρετανικῆς  
 πεπιστευκέναι καὶ τῶν παταὶ Γάδειρα καὶ τὴν Ἰβηρίαν  
 πολὺ δέ φησι βέλτιον τῷ Μασσηνίῳ πιστεύειν η τού-  
 τῳ. — Ἐρατοσθένη δὲ τὸν μὲν Εὐήμερον Βεργαῖον  
 καλεῖν, Πυθέα δὲ πιστεύειν, καὶ ταῦτα δέ, μήτε Δι-  
 καιαρχον πιστεύσαντος. Ridiculam demonstrationem  
 Strabo refutavit. Deinde p. 106. sq. de Ibericis apud  
 Eratosthenem: v. fr. LXII. LXIII. Tandem VII.  
 p. 317. cum de Theopompi circa Illyrica peccatis di-  
 cisset, τοιαύτα δὲ, inquit, καὶ τοῦ Ἐρατοσθένους ἔμια  
 παρακούσματά ἔστι λαοδογματικῶς, καθάπερ Πολύ-  
 βιός φησι καὶ περὶ αἵτοῦ καὶ περὶ τῶν ἄλλων λέγων  
 συγγραφέων.

4. Jam ad ipsum *Strabonem* praevertendum, virum prudentem, sobrium, eruditum, cui plurima Eratosthenicae geographiae debentur, saepe defensa, saepius acriter vituperata. In qua re fidem quidem auctoris nusquam desideres, sanum vero nec studio occupatum iudicium frequentissime: quod in primis contra Strabonis librum valet primum, ubi quae pro Homero protulit, ne semel quidem verum attingunt, Stoicorum sententiis de Homeri variarum rerum peritia absolutissima, ingenium hominis ceteroquin perspicacissimum mire praepedientibus. Multae eius nugae super isto arguimento proferri possent, si maiorem primi libri partem exscribere liberet. Sed etiam aliam ob caussam Strabo Eratostenem satis iniquum habuit, invitus tamen, ut qui ab mathematicis abhorret. Proinde nec mirabile accidit, quod Eratosthenis sistema universum repetitur, quod a multis dudum intellectum fuit; nec vitiis aut cupiditatis in loco ponendum, si illius opiniones minus percepit, veluti I. p. 54. Sed quod Gossellinus scribit (*Géogr. des Grecs analysée* p. 58.), geographiae moderatrices, prout senserant Eratosthenes, Hipparchus et Posidonius, mathematicas esse disciplinas a Strabone negatum fuisse, provocans ad libri II. p. 94, ne vestigium quidem talis opinionis ibi reperitur; fortasse is per errorem ex Commentatt. Acad. Inscr. t. 26. p. 110. explicandum duobus ex locis alterum neglexit, qui legitur p. 110.

Memorat *Serapionem* quoque Cicero ad Atticum II, 6. *Etenim γεωγραφία quae constitueram magnum opus est: ita valde Eratosthenes quem mihi proposueram a Serapione et ab Hipparcho reprehendit. Quid censes, si Tyrannio accesserit?* Sed ignorabilem hominem ac maiori tantum ut videtur Plinio adhibitum ne Strabo quidem cognovit.

6. Ex antiquis Nostri censoribus postremo loco indicandus est *Marcianus Heracleota*. Epitomator iste gravem de Eratosthenē sententiam pronunciavit Periplo p. 64. Ἐρατοσθένης δὲ ὁ Κυριηγαῖος οὐκ οἶδα τι παθων τὸ Τίμοσθένους μετέγραψε βιβλίον, βραχέα τινὰ προσθεῖς, ὡς μηδὲ τοῦ προοιμίου τοῦ μνημονεύθεντος ἀπέγεσθαι, ἀλλ' αὐταῖς λέξεσι κάπεινο τοῦ οἰκείου προσθεῖναι συγγράμματος. Quod si nihil suspecti verba modo allata continerent, fides hominis, utpote qui aliam columnam pagina praecedenti profuderit, unumquemque deberet difficilem praestare; nunc autem, cum mendacium manifestissimum fronte perfricta inferre sustinuerit, tum prooemium, tum reliqua Timosthenici operis compilata cavillans, neminem ne per momentum quidem temporis morabitur. Neque enim prooemium Eratosthenes, a Timosthene longe diversissimus, exscribere potuit, et omne istud dicterium Strabonis II. p. 92. verba quam maxime contraria, mox apponenda, statim ad nihilum redigunt. Verumtamen undenam deprompsit ineptiam pingui Minerva excoxitatam, paucis inquirere liceat. Conditionem utique nonnisi duplēm quaestio admittit, aut Marciani adhuc tempore Eratostenis, præter Timostheneum, opus versari, aut utraque scripta dudum perisse. Jam vero priorem si statueris, plane incredibile est, quomodo impudens iudicium, torpentibus licet studiis, effutire potuerit: quandoquidem cuiusvis non adeo litterissimi refutationem metnere debebat; igitur opera a se commemorata non iam usurparit. Accedit ut id ipsum de Johanne Philopono, qui Arrianum adhibeat testem pervulgatissima in re, viro ab Marciani aetate non procul remoto, satis constet (v. fr. XLIII.). Quae cum ita sint, nihil prius videtur, quam ut eam notationem Artemidoro vindicemus; cuius etsi nulla eiusmodi vituperatio Eratostenis affertur (v. fr. LXIX. sq. LXXI.

CXXI. CXXVI), nihil tamen obstat, quominus geographus ille Eratosthenea acius attigerit. Proinde si ponas, eadem quam Polemo viam instituit Artemidorum itidem abusum complura ab Eratosthene ex Timosthenis libro derivata in compilationem praeopere convertisse, error Heracleotae, qui voces amplificantes pro accuratissima auctoris sententia existimarit, aliquanto credibilior evadit.

Aevo recentiore Geographica Eratosthenis duo viri colligere et concinnare studebant, Ancherus et Seidelius; quorum prior si propositum perficere potuisset, longe plura praestiturus erat: nihil enim aliud quam particulam primam diatribae in fragmenta Geographorum (Gottingae 1770. 4. pp. 26.), nonnisi Homeriam Nostri disputationem exhibentis, emisit. Nihil de hoc inaudivit Seidelius, qui libellum satis magnum (ibid. 1789. 8. fere pp. ducentarum) conscripsit; ea collectio mediocri eruditione ex Strabone inprimis ac perpansis aliis fuit corrasa, neque plena, neque dilucide adornata, ita ut vim et rationem Eratostheni operis perspicias, neque iudicio insignis probabili: nec mirum, cum auctori etiam per falsissima, in quaestione praesertim de Homeri geographia, Strabonem sine suspitione adeo sequi placuerit. Accuratus, sed alio spectans, nec raro Gallica levitate rem pertractavit Gossellinus in utroque opere aliquoties laudato, additis etiam duabus ex Eratostenis mente delineationibus orbis terrarum. Idem praestiterunt Mannertus (Geogr. d. Gr. u. Roem. Norib. 1788. ubi pauca de Eratosthene dedit.), et J. H. Vossius post editas a se Virgilii Eclogas. Viri illi erudití quomodo Geographorum principis sententias exhibuerint, vel potius exhibendas censuerint, si quis cupidus est cognoscendi, eorum ipsi labores adeantur; eadem hic repeteret non libuit. Nam Gossellinus qui unus parallelorum rationes attulit, plu-

rima ex arbitrio fixit; neque omnino fieri potest, ut ex antiquis argumenti notitiis admodum sparsis satis certo istiusmodi quaestio constituatur. Immo cum longitudinem plerumque hypothetica ratione attributam fuisse constet, verisimilis videtur Mannerti p. 211. opinio, non omnino gradus tabulis indicatos esse.

Jam fatis Geographicorum enarratis in alterum campum multo maioris et molis et emolumenti descendendum est.

Res fuit negotii apud anticos minime contemnendi, operis geographicci et pleni et accurati compositionis. Sive enim subsidia species, quibus in conformatione systematis ex geometria et astronomia instituenda uti illis licuit, sive observationes requiras diligentes ac regionibus remotis consecratas: ab utroque genere copiarum, quibus geographia sine detimento carere nequit, parum beatos naturaque, Graecorum fautorice benignissima, minime adiutos fuisse confitendum est. Gnomon nimirum, unicum adminiculum, satis graves effecit errores; saepe quoque ex climatibus terrarumque indole gradus lubrica erant conjectura assignandi; omnino perpaucia oppida ex latitudine disposita, nihilominus geographo disponenda; quin longitudo, coelo nihil adiuvante, secundum peregrinantium computationes plerumque arbitrium suum interponentium attribuebatur, unde meridiani curvissima conversio. Perspecte de his exposuit Mannertus p. 92. 107. seqq. In rebus adeo desperatis quantam sagacitatis vim et sollertia intima geometriæ peritia suffultus expediverit Eratosthenes, est profecto ut quam maxime admirremur ac suspiciamus. Documentum fragmenta praestant divisi emensique orbis deinceps exhibenda. Jam cum ea quae viri illius rationes effecissent omnibus, adversariis quoque, probata fuissent, nihil singulare laudationi non nul-

nullorum satis magnifica amplius inerit. Igitur Plinius II. 112. Eratosthenem vocat in omnium quidem litterarum subtilitate, et in hac utique praeter ceteros sollerter, quem cunctis probatum sese videre; Censorinus vero, praeciale ex cogitatis obstupfactus, illum orbis terrarum mensorem designat. Aliud autem obstatulum in observationibus raro conscriptis versabatur, unde factum fuit, ut de Europae regionibus ultra columnas Herclis fere nihil nisi per Pytheam Eratosthenes compertum haberet; vix dum Romani in Aegyptiorum notitiam venerant: nam Timaei opus adiumenti nihil praestare potuisse et ipsa hujus fragmentorum quae supersunt natura persuadet, et vero fabulae etiam ab Eratosthene proditae, melioribus in subsidiis procul dubio abiicienda, liquido confirmant. Verum longe maius impedimentum ipsum afferebat Graecorum ingenium, ut qui ad observandum sine studio et admixtione morum alienorum minime essent idonei; quamobrem nihil mirum acciderit, quod hominum vel inviterum imaginandi iudicandique vim multipli-  
ces errores obreporent. Neque Eratosthenes, quantumvis industrius et peracutus ad mendacia istiusmodi ri-  
manda et cernenda, ubique poterat a peccatis sibi pro-  
videre. Suppetebat sane litteraria supellex largissima,  
quam praebebant bibliothecae et Alexandrina et Nostris  
ipius, teste Hipparcho ap. Strab. II. p. 69. (εὐτευ-  
χηώς ὑπομνήμασι τολλοῖς, ἀν εὐπόρει; βιβλεοθήκην  
ἔχειν τηλικαύτην, γλίκην αὐτὸς Ἰππαρχός φησι.); co-  
piam etiam commercia Alexandrinorum florentissima  
multarum cognitionum faciebant; ipsum Eratostenis-  
seum non inter minima fuerit adiumenta referendum,  
eodem diserte memorante (v. fr. XXIV.). At Alexan-  
drina habitatio nondum ut res docet satis profuit; ne-  
que bibliothecae ex nostrorum temporum modulo cen-  
sendae sunt: et felicitas aevi istius praeter monstruo-

sarum de int̄iore Asia atque in primis de India fabularum cumulum et itineraria complura, duo tantum capitalia Patroclis et Timosthenis opera ad lucem emisit. Evidem ingenio Eratosthenis philosophico diligenterque studiosissimo opus erat; in eoque omnes, quōdquot istud argumentum attigerunt, consentiunt, ad monentibus etiam iis fragmentis quae ad Geographica pertinuerunt, Graecorum primum ac proinde omnium populorum geographici systematis maximum virum extitisse auctorem. Ac licet in eo genere mentem coryphei perspicere quam clarissime, quas et ab opinioribus praeiudicatis remotissima esset, et genuina adulterinis acerrime seiungeret, et quaecunque amplectetur ad certam quandam formam certumque ambitum revocaret. Inter philosophos qui geographiae operam insumpserint praeter alios refert Strabo initio operis; sed ambigue praedicat I. p. 14. et 15. loco iam exposito: "Εσοι δ' οἱ Ἐρατοσθένης οὐχ οὕτως εὐκαταρόχαστος, ὡς τε μηδὲ Ἀθῆνας αὐτὸν ιδεῖν φάσκειν, ὅπερ Πολέμων ἐπιχειρεῖ δεικνύναι· οὐτ' ἐπὶ τοιούτοις πιστός, ἐφ' ὃσον παρεδέξαντό τινες, καίπερ πλειστοις ἐντυχών, ὡς εἴρηκεν αὐτός, ἀγαθοῖς ἀνδράσιν: quae ad philosophicam eius eruditionem spectare sequentia evincunt. Clarissime tamen statim suam explicat mentem: Δηλοί δέ, inquit, καὶ η̄ περὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκδοθεῖσα ὑπὸ αὐτοῦ πραγματεία καὶ μελέται καὶ εἰ τι ἄλλο τοιούτοις τὴν ἀγωγὴν αὐτοῦ· διότι μένος η̄ τοῦ τα βουλομένου φιλοσοφεῖν καὶ τοῦ μὴ θαρροῦντος ἐγχειρίζειν ἔαυτὸν εἰς τὴν ὑπόσχεσιν ταύτην (i. e. ἐγχειρίζειν ἔαυτὸν εἰς τὸ φιλοσοφεῖν), ἀλλὰ μόνον μέχρι τοῦ δοκεῖν προτίντος, η̄ καὶ παράβασιν τινα ταύτην ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων πεπορισμένουν πρὸς διαγωγὴν η̄ καὶ παιδείαν· τρόπου δέ τινα καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἔστι τοιοῦτος. Non sane est, quod tale iudicium miremur ab homine profectum, cui quidem eorum

omnium quibus refutandis vacavit upus Eratosthenes tanta facessavit negotia, ut primo in libro, ipsi fere consecrato, omnes omnino contra illum machinas excoxitaverit; quin ea ipsa verba, quae demonstratione praetermissa statim persequendae contra Homerum argumentationi vim et auctoritatem detractura erant, angustias Strabonis nudare opinor. At si ipsi studio vel ira excussa viam illius Geographorum principis attente perpendimus, non potest obscurum esse, rationem philosopho dignissimam iniisse. Non extat acutior in huncmodi genere disputatio, quam quae de Homeri in rebus geographicis auctoritate fuit expedita, coque magis admiranda, quod insequentium antiquitatis eruditorum nemo fere eandem disceptandi methodum, ita ut non aliunde adscitae offerrentur sententiae, adoptavit; immo plerique allegorias longe ineptissimas venabantur. Deinde in eandem laudis societatem perspicax illa venit de finibus neque discernendis, neque utilibus, sententia (fr. LV.); cui vicinum fuit affine iudicium, quod ad hominum genus in Graecos Barbarosve dispositum pertinuit: cuius γένος εἰς longinquum simile quid per universum qua late patet Graecarum litterarum ambitum non inveniri suspicor. Praeterea insignis illius perspicacitatis vim multifariam explicant fr. XXIX. XXXI. XXXIV. XLV. LXXXIX. XCIII. CVI. Verum etiam in diversa agendi via philosophicum viri agnoyeris ingenium. Narrat enim Strabo II. p. 94. (notavit iam de la Nauze loco ad fr. XLII. indicato p. 110.) Ἐν τῷ τρίτῳ φροντίᾳ (*Ιαπωνίας*), τὴν μὲν πλεῖστην θεωρίαν ἔστεθαι μαθηματικήν, ἐπὶ ποσὸν δὲ τοι γεωγραφικήν· οὐδέ ἐτι ποσὸν μέντοι δοκεῖ μοι πολὺδιαδασθαι γεωγραφικήν, ἀλλὰ πάσαν μαθηματικήν, φιλότεος καὶ τοῦ Ἑρατοσθένους τὴν τοιαύτην πρόσφατην. Πολλαχοῦ γάρ επιτίπτει πρὸς τὸ διπλωματικῶν τῆς προκειμένης ιστορίας ἐπεισών δὲ οὐκ ἀκρ-

βεῖς; ἀλλ' ὄλοσχερεις ποιεῖται τὰς ἀποφάσεις· τρόπον  
τινὰ ἐν μὲν τοῖς γεωγραφικοῖς μαθηματικοῖς, ἐν δὲ τοῖς  
μαθηματικοῖς γεωγραφικὸς ὥν· ὡςτε πρός ἀμφω δίδω-  
σιν ἀφορμὰς τοῖς ἀντιλέγοντοιν. (Cf. p. 92, et memo-  
rable fr. LVIII. quod conatus viri complectitur ter-  
ram ad mathematicas figurās redigentis.) Vix poterat  
vividius et luculentius Eratosthenis sollertia exprimi,  
qui cum quaecunque observata superiorum aevorum  
sparsa ac tumultuaria reperiret, in ordinem sibi cogenda  
intellexisset, nihil prius recte perspexit, quam ut, adiu-  
vante geometrica disciplina, civitatum enumeratione  
quippe quae nondum accurate posset perfici non adeo  
curata, sistema construeret, cui a posteris ea quae sum-  
mam operis non constituerent deinceps essent ingerenda.  
Sed tamen longe aberraret, qui in iis quae a mathe-  
matica non penderent Eratosthenem minus valuisse  
existimaret. Etenim tribus maxime auctoribus fidei  
habebat, Pytheae, Patrocli, Timostheni; ac singulatim  
quos testes de India adhibuerat praedicavit Strabo II.  
p. 70. Ipse cum Graeciam peragraverat, tum necessi-  
tudinem cum elegantissimis viris illam illustrantibus  
contraxerat. Testis est Strabo VIII. p. 384. (fr.  
LXXXV.) coll. I. p. 15. (p. 18.) Jam si ΡΥΘΕΑΜ,  
hominem nec veracem, neque in omnibus falsarium  
super Hispania et Britannia sequebatur, fecit ille ne-  
cessitate adactus, crisis severioris copia suppetente  
nulla. Proinde non debebat a Polybio reprehendi, qui  
Strabonis censuram non effugit II. p. 104. Φησὶ δὲ  
οὐν ὁ Πολύβιος ἄπιστον καὶ αὐτὸ τούτο, πῶς ἴδιώτῃ  
αὐθρώπῳ καὶ πένητι τοσαῦτα διαστήματα πλωτὰ καὶ  
πορευτὰ γένοιτος τὸν δὲ Ἐρατοσθένη διαπορήσαντα  
εἰς χρὴ πιστεύειν τούτοις, ὅμως περὶ τε Βρετα-  
νικῆς πεπιστευμέναι καὶ τῶν κατὰ Γάδειρα καὶ τὴν  
Ιβηρίαν πολὺ δέ φησι βέλτιον τῷ Μεσαργίῳ πιστεύ-  
ειν η τούτῳ· ὁ μέν τοι γε εἰς μίαν χώραν τὴν Παγ-

χαισιν λέγει πλεῦσαι, οἱ δὲ καὶ μέχρι τῶν τοῦ κόσμου περάτων καπωπτευκένται τὴν προσάρκυντον Εὐρώπην πᾶσαν, ἣν οὐδὲ ἀν τῷ Ἐφεδρῷ πιστεύσαι τις λέγοτε. Ἐρατοσθένη δὲ τὸν μὲν Εὐρήμερὸν Βεργαῖον καλεῖ, Πλυθέα δὲ πιστεύειν, καὶ ταῦτα δέ, μῆτε Δικαιάρχου πιστεύσαντας. In puerilem comparationem Pytheae et Euhemeri vix quæas pro merito ludificatam invehī; ad postremā Strabo haec verissime: Τὰ μὲν οὖν μῆτε Δικαιάρχου πιστεύσαντος, γελοῖον· ὡςπερ ἐκείνῃ χρήσασθαι πανόνι προστήκον, καθ' οὐδὲ τοσούτους ἀλέγχους αὐτὸς προφέρεται. Ἐρατοσθένους δὲ εἰρηται η περὶ τὰ ἔσπερα καὶ τὰ ἀρκτικὰ τῆς Εὐρώπης ἄγνοια. Potius admirandum erat, etiam de Mercynia silva Nostrum inauduisse. Locupletior autem testis extitit PATROCLUS<sup>\*)</sup> Alexandri fere aequalis, cuius fidem et ipse fr. LVII. extulit, et Strabo, laudis non ita prodigus, contra Hipparchi reprehensionem supra exploratam egregie sustentavit. II. p. 69. Καὶ αὐτὴν δὲ η τοῦ Πατροκλέους πίστις ἐκ πολλῶν μαρτυριῶν σύγκειται, τῶν βασιλέων τῶν πεπιστευκότων αὐτῷ τηλικαύτην ἀρχήν, τῶν ἐπαυλονθησάντων αὐτῷ, τῶν ἀντιδοξούντων, ὡς αὐτὸς ὁ Ἰππαρχος κατονομάζει· οἱ γὰρ πατέρες ἐκείνων ἀλεγχεῖ πίστεις τῶν ὑπὸ τούτου λεγομένων εἰσίν. Οὐδὲ τούτο δὲ ἀπίθανον τοῦ Πατροκλέους, ὅτι φησὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ συστρατεύσαντας ἀπιδρομάδην ιστορῆσαι ἔκαστα, αὐτὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἀκριβώσας, ἀναγραψάντων τὴν ὅλην χώραν τῶν ἐμπειροσάτων αὐτῷ· τὴν δὲ ἀναγραφὴν αὐτῷ δοθῆναι φησιν ὑστερον ὑπὸ Σενοκλέους τοῦ γαζοφύλακος. Neque vero temere illi auscultabat, sed ubi collatis auctoribus Patrocles errare videretur, ne huius quidem narrationem reūcere dubitabat: cuius facti vide exemplum fr. CVIII. Tertius est Τίμοτη-

<sup>\*)</sup> Minus accurate Πάτροκλος audit Athenaeo VIII. p. 554.  
A. B. XIV. p. 621. A.

nes, Ptolemaei Philadelphi nauarcha, qui decem libris de portibus dissernerat: de quo multus est Vossius de histor. Gr. p. 109. Hunc quoque ab Eratosthenē adhibitum fuisse, significat rumor iste apud Marcianum Heracleotam nimium exaggeratus (supra p. 14.), docetque Strabo II. p. 92. "Εστὶ δὲ τοσοῦτο τῶν ἀμαρτινομένων ἐν αὐτοῖς υπὸ τοῦ Ἐρατοσθένους τὸ πλῆθος, καὶ ἔτι Τιμοσθένους τοῦ τοὺς λιμένας συγγράψαντος, ὃν ἐπαινεῖ μὲν ἐκεῖνος μάλιστα τῶν ἄλλων· διαφωνῶν δὲ ἐλέγχεται πρὸς αὐτὸν πλεῖστα. Unde iterum intelligitur, etiam Timostheni censuram fuisse ab Eratosthenē admotā, qui si, cautione licet usus, de obscuris regionib[us] erravit, nihil adeo est quod miremur. Multo igitur magis minores testes, Dicaearchum, Deimachum, Megasthenem persecutus est et ad examen revocavit, in eaque via adeo non ab diligentia defecit, ut etiam homines sublestos fusius vel refutaret vel affirret. Sic praeter Anaximandrum, Hecataeum; Xanthum fr. XXXI.; Aristobulum, Nearchum fr. CXIX., Anaxicratem fr. seq., utebatur etiam scriptore quisquis fuit Macedonicorum fr. LXXX. Laudandum, non cum Strabone notandum est id facinus, initis geographiae in scientiam redigendae pernecessarium; neque caussa est quod eius iudicium hic moretur, cum nimium manifesto voluptatem magis legentium, quam severam erudiendi viam affectaverit. Strabonis verba haec sunt I. p. 47. Οὐδὲ τοῦτ' εὐ Ἐρατοσθένης, ὅτι ἀνδρῶν οὐκ ἀξίων μηδῆτος ἐπὶ πλέον μέμνηται, τὰ μὲν ἐλέγχων, τὰ δὲ πιστεύων καὶ μάρτυρις χρώμενος αὐτοῖς, οἷον Δαμάστη καὶ τοιούτοις ἄλλοις. — 'Ο δὲ Δαμάστη χρώμενος μάρτυρι οὐδὲν διαφέρει τοῦ καλοῦντος μάρτυρα τὸν Βεργαῖον ἢ τὸν Μεσσήνιον\*)

\*) Mirum sane, Casaubonum, quem non latuerant Stephani v. Βεργᾶ. ἀφ' οὐ καὶ παροιῆς, Βεργαῖον, εντὶ τοῦ μηδὲν ἀληθὲς λέγειν. hic insequens glossema ἢ τὸν Μεσσήνιον non iam perspexisse.

*Ευήμερον, καὶ τοὺς ἄλλους οὓς αὐτὸς εἰργκει διαβάλλων τὴν φλυαρίαν.* Καὶ τοῦτον δὲ ἔνα τῶν λίρων (nugatorum) αὐτὸς λέγει, τὸν μὲν Ἀράβον κόλπον λίμνην υπολαμβάνοντος εἶναι. Cf. fr. XXXV. CXXIV. Sed studio non abruptus meliora pro ipso Eratosthenē vir optimus protulit II. p. 76. ὥσπερ τοῦ Ἐρατοσθένους προηγουμένως τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἐγκρίνοντος, ἀλλ' οὐ κοινῷ τινι δῆθει χρωμένου πρὸς τοὺς ματαιολογούντας. Eīs γάρ τις τῶν πρὸς τοὺς ματαιόντας ἀπειλεῖσθαις ἀλέγχων ἔστιν, ὅταν αὐτὴν τὴν ἐκείνων ἀπόφασιν ὅποια ποτέ ἔστι δεῖξαμεν ἡμῖν συνηγοροῦσσαν. Tandem sat multos commentarios, plerumque anonymous, excitavit. Strabo II. p. 69. Ταῦτα γάρ ὁ Ἐρατοσθένης λαρβάνει πάντα, ὡς καὶ δικαρτυρούμενα ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις γενομένων, ἐντευχημάς υπομετήμασι πολλοῖς — . p. 71. καὶ γάρ καὶ τὰ διαστήματά φησιν ἐκ πολλῶν συνάγειν τῶν τοὺς σταθμοὺς πραγματευσαμένων· τινάς καὶ ἀνεπιγράφους καλεῖ. Adde fr. XC. CVIII. CXV. Quod Gosselinus (Recherches T. I. p. 54.) ait, Hipparchum Eratostheni tacitam auctorum compilationem exprobasse, Strabonem vero non satis potuisse illum defendere, ea usquequaque fermere certasa fuerant; simulque alia eiusdem conjectura labitur (T. IV. p. 334.), longitudinis intervalla Eratostenem ex aliis iisque accuratis operibus depropmsisse, nesciisse tamen stadia illuc adhibita ad diversos esse modulos exacta. Tale enim erratum, etiamsi fides ac diligentia Eratosthenis non satis esset spectata; qualis quidem est, neque Strabo unquam addubitavit; quicunque vel levem ingenii illius adumbrationem animo conceperit, statim reiiciat oportet. Namque in eiusmodi quaestione Straboni ipsiusque Eratosthenis testimonio fr. XXVIII. malim inniti, quam ad auctores perexigūs momentū provocare, velut

Plinium V, 6. (Polybius et Eratosthenes diligentissimi existimati) Scymnumve Chium v. 112. sqq.

*τῷ τὴν γεωγραφίαν γὰρ ἐπιμελέστατα  
γεγραφότι, τοῖς τε πλίμασι καὶ τοῖς σχήμασι,  
Ἐρατοσθένει μάλιστα συμπεπεισμένος.*

Sed vana audacia superiores reprehensiones alia eiusdem (Géogr. des Grecs analysée p. 37.) longe antecedit. Suspicatur nimirum, maxime favore Aegyptii regis complexum late patentem scientiae obtigisse Eratostheni, unde fontes obscurasse et sustulisse eum videri, ut quos neque Hipparchus, neque Ptolemaeus recuperarint. Atque eam opinionem inde praecipue confirmari, quod per Eratostenis sententias errores veris intermixti reperiantur, qui eidem neque auctori, neque saeculo tribui queant; cum praesertim etiam satis vicinae regiones istis scateant, demonstrante vel immensa, illo iudice, Rhodi et Italiae distantia, quamvis commercia civitatum Magnae Graeciae Siciliaeque cum metropolibus Asiaticis vel Europaeis instituta de genuina utique admonere debuerint. Eam vero cum similibus negligentiam ab ipso Eratosthene fuisse profectam, evincere locum Strabonis I. p. 47, exprobrantis adversario, quod in obscurarum terrarum numero eas rettulerit, de quibus satis constet, ac de mari Adriatico fabulas ne plebi quidem credibiles ingesserit. Reperiri tamen etiam sanam doctrinam. Quae argumenta licet sua ipsorum futilitate levius ponderata corrunt, nonnulla subiungere visum fuit, ne defensor Eratostenis, in gravissima accusatione maximo viro defuisse existimarer. Primum igitur omnino, quo fundamento universa ea hypothesis nititur, stabile quidpiam praestare pernego, antiquorum hominum cuiquam libri cuiuscunque vulgari usui eripiendi copiam fieri potuisse, atque in somniorum anilium censu quae istiusmodi sententiam respiciant ponenda contendo, veluti nugas de Pla-

tone plagiario et quae eiusdem generis sint: quod quia gentium conditio vetustarum intentius spectata neque ad hodiernam rem litterariam exacta sine molestia e vestigio indicat, demonstratione non egere iudico. Sed poterat illa reprehensio statim fr. LVIII, LX, CVIII, perpensis abiici, ubi Eratosthenes, quae nondum per dimensiones enumeratae sint regiones, ideo a se omisae, candide confitetur. Deinde vellem aliquanto firmioribus communiasset momentis opinionem suam vir ille ingeniosus: quid enim ad doctum Alexandrinum commercia Graecarum civitatum? tanquam inde fundamenta systematis geographici construi possent. Atqui non debebat ille Strabonis verba II. p. 93. a se ipso p. 39. significata negligere. Ait enim testis locupletissimus: *Καὶ γῦν δὲ εἰρήσθω, ὅτι καὶ Τυμοσθένης καὶ Ἐρατοσθένης — ἐπιπολὺ ἀγγοίας ἐπύγχανον ἀφιγμένοις καὶ τῶν κατ' Ἰταλίαν, καὶ τὸν Ἀδρίαν, καὶ τὸν Πόντον, καὶ τῶν ἐφεξῆς μερῶν τῶν προσαρκτικῶν. — Τοῦ γὰρ Ἐρατοσθένους δὲπ τῶν πόρρω διεσπημότων τὰ παραδεδομένα φάσκοντος ἐρειπούμενα, μηδὲ διηγησιζομένου δέ, καὶ λέγοντος ὡς παρέλαβε, προστιθέντος δὲ τοτειν ὅπου τὰ ἐπὶ εὐθείας μᾶλλον καὶ ἥττου, οὐ δει προσάγειν τὸν ἀντιβῆ κλεγχον τοῖς μηδμολογουμένοις πρὸς ἄλληλα διαστήμασιν.* Vides eum fidem viri contestari, video Eratostenem summa copiarum inopia coactum aliis, sed tamen dubitanter, obsecutum fuisse. Sed ne inopiam istam cavilleris, considera, sodes, quantis ipse Strabo angustiis coarctatus ait, qui de Ariana nihil sese habere ideoque Eratostenis descriptionem apponere, apertis quam maxime verbis manifestet. Et quis tandem Hipparcho et Ptolemaeo vetustiora subsidia occlusa esse memoravit? quod nè que de Hipparcho per Strabonem constat, et de Ptolemaeo addubitate licet. Ita brevibus significata oportuit.

De scribendi genere quod Eratosthenes in Geographicis sectabatur non adeo res in proposito est, cum per paucae aliquanto prolixiores reliquiae ipsis genuinis nominibus nostra attigerint tempora; his quidem simplicitatem incomtamque sermonis conformatiōnēm non ab iudicaveris. Sed occurruunt etiam poeticae dictiones, ut apud Strabonem XV. p. 693. *εἰς Λιός.*

Præterfor ad fragmenta operis Eratosthenici, inscripti *Fεωγραφικῶν* nomine, quo designavit post Strabonem I. p. 29. II. init. XV. p. 688. Schol. Apollonii Rh. 269. 284. 310. Nam quod *Γεωγραφούμενα* affertur a Steph. Byz. v. *Λυρράχιον*, scriptore vita Arati in Petavii Uranologio p. 269. init. Schol. Eurip. Med. 2. et Schol. Apollon. Rh. IV. 1215, vel *Γεωγραφία* ab eodem Scholiasta IV. 131, istas inscriptiones pro arbitrio Grammaticorum confictas fuisse eo de non stratur, quod neque *Γεωγραφούμενα* pariter ac *Μυθολογούμενα* aptum erat libro indicando, neque *Γεωγραφία* auctori antiquo, qui non omnem geographiae ambitum et quasi ipsam scientiam teneret et complectetur, sed quae ad geographiam constituendam valerent edissereret, satisfacere poterat. Ille etiani aliorum de geographia scriptorum index adhibetur, veluti Artemidori et Apollodori (neque enim causa erat, cur Heynus ad eundem p. 432. reprobaret.), tum ab auctori bus minus accuratis, tum magis ex recentiore usu negligenter adscitus, potius ad librum indicandum, quam ut diligentissime laudaretur. Accedit aliud argumentum ex Strabonis locis I. p. 62. 66. colligendum, qui universum opus τὰ ὑπομνήμata, singularem eiusdem librum τὸ ὑπόμνημα, qualia neutri titulorum conveniunt, appellavit. Jam Geographicorum liber primus (restabant autem omnino tres) postquam fata geographicae apud Graecos cognitionis exposuerat, ab Homero

repetita atque ad novissimos geographos deducta, de figura telluris tractabat elusque caussis; secundus in refingendis tabulis versabatur, addito mathematico physicoque apparatu multiplici, ad mensuras spectanti; cui cum disquisitionem de recta terra divisione annexaret, apte quasi viam sibi struebat ad argumentum libri sectaturi. Tandem tertius regiones ex Eratothenis mente dispositas explicuit.

## FRAGMENTA LIBRI PRIMI.

## 1. Sectionis prioris historiam geographiae complexae.

I. STRABO I. p. 16. Χωρὶς δὲ τούτων ὁ Ἐρατόσθενης ἔστιν μάχεται. Μικρὸν γὰρ πρὸ τῆς λεχθείσης ἀποφάσεως ἀρχόμενός του περὶ τῆς γεωγραφίας λόγου, φησὶν ἄπειντας καταρχὰς φιλοτίμως ἔχειν, εἰς τὸ μέσον φέρειν τὴν υπὲρ τῶν τοιούτων ἴστοριαν. "Ομήρον γοῦν ύπερ τε τῶν Αἰθιόπων ὅσα ἐπέθετο καταχωρίσαι εῖς τὴν πελοποίην, καὶ περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον καὶ Αιβύνην· τὰ δὲ δὴ κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ τοὺς οὐνογγυς τόπους καὶ λιαν περιέργως ἔξενηγοχέναι, πόλιστρήσωνα μὲν τὴν Θίσβην λέγοντα, Ἀλίσσον δὲ ποιήσατα, ἐσχατώσαν δὲ Ἀνδηδόνα, Λίλαιαν δὲ πηγῆς ἐπὶ Κήφισσοιο· καὶ οὐδεμίαν προεδήκην κενώς ἀπορρίπτειν. Πότερον οὖν ὁ ποιῶν ταῦτα ψυχαγωγοῦντι ἔστιν ἡ διδάσκοντι; διδάσκοντι, ὥν δια· ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐτας εἰργησε. Apollodorum illa expilasse supra fuit intonitum. Sed eusvis haec Strabonis demonstratio pertinet ad Eratosthenis dogma modo memoratum:

II. p. 15. Ποιητὴν γὰρ ἔφη πάντα στοχάζεσθαι ψυχαγωγίας, οὐ διδασκαλίας. Jam priorem suam argumentationem his conclusit Strabo: Οὐκοῦν δὲ ηὔνως εἰπεῖν, δτε ποιητὴς τὰ μὲν ψυχαγωγίας χάριτον μόνον ἔκφέρει, τὰ δὲ διδασκαλίας ὁ δὲ ἐπίγεγκν, οὐτε ψυχαγωγίας μόνον, διδασκαλίας δὲ οὐ. Idem p. 7. īnit. Οὐδὲ γὰρ ἀληθές ἔστιν, ὁ φησιν Ἐρατοσθένης, οτι ποιητὴς πᾶς στοχάζεται ψυχαγωγίας, οὐ διδασκα-

*λιος χάριν.* Chrestomath. ex Strabone p. 5. vol. II. Huds. καὶ τὴν ποιητικὴν οὐ φιλοσοφίαν πρωτηγεῖ ηὗσιν παλεῖν, ἀλλὰ μόνην ψυχαγωγίαν τινά, κακῶς λέγων. Imitationem Agatharchidis de rubro mari p. 12. οὐδὲ τοὺς ἄλλους εἰς ἐπιτίμησιν ἄγω, διασπεναις ἐν τοῖς δράμασι χωρμένους ἀδυνάτοις, ὅτι πᾶς ποιητὴς ψυχαγωγίας η ἀληθείας ἐστὶ στοχαστής, observavit Ancherus p. 9, qui cum placitum illud non sine limitatione quadam verum esse pronunciavit, tum plerisque antiquis criticis, tum permultis recentiorum iudicibus non plus sese vidisse demonstrat. Verissime enim ita Eratosthenes censuerat, antiquitatis indele penitus perspecta, vel ex censore elegantissimo, Aristophane, cognita, qui ob id ipsum Euripidis ausum, poesin a generosa animi oblectatione et correctione ad doctrinam perducendi morose et accurate more Socratico tractantem, notis saepenumero acerbis nec profecto iocose excogitatis eius poemata castigavit. Sed distinctius etiam mentem suam novo explicabat momento:

III. p. 16. *Καὶ προσεπεργάζεται γε, πυνθανόμενος,* τι συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν ποιητοῦ, πολλῶν ὑπάρξεων τόπων ἔμπειρον, η στρατηγίας, η γεωργίας, η ἡρωικῆς, η οἰλα δὴ περιποιεῖν αὐτῷ τινες ἐδουλήθησαν. Τὸ μὲν οὖν ἄπαντα ἔχειν περιποιεῖν αὐτῷ, πρὸς ἐπιπτοντος ἀν τις θεῖη τῇ φιλοτιμίᾳ: — τούτο μὲν δὴ ὁρθῶς ἀν λέγοις, ὡ Ἐρατόσθενες ἔκεινα δ' οὐν ὁρθῶς, ἀφαιρούμενος αὐτὸν τὴν τοσαύτην πολυμάθειαν, καὶ τὴν ποιητικὴν γραώδη μυθολογίαν ἀποφίνων, η δέδοται πλάττειν, φησίν, ὃ ἀν αὐτῇ φαίνεται ψυχαγωγίας οἰνεῖον. Eadem p. 22. Eratosthenes memoratur, ποιητὴν ἄπαντα ἀποφίνας φλύαρον, καὶ μήτε τόπων ἔμπειριαν, μήτε τεχνῶν πρὸς ἀρετὴν [αὐτοῦ] συντείνειν νομίσας. Anilem fabulam et nugas poetiken ex mente Nostri non declarari Ancherus recte contra Coelium Rhodiginum Lectt. antiqu. IV, 2. p. 156.

severe illa interpretantem, admonuit; sed latuit ēum, multo maiorem virum, G. J. Vossium Institut. orator. IV. p. 202. a. opp. t. III., huic ipsi explicationi assensum fuisse. Ne hic quidem a vero aberravit Eratosthenes, opinionem omnibus fere grammaticis infestam pericitatus, etiamsi geographiae peritia Homero detrahatur, nihil ideo poeticae virtutis eripi, siquidem poeta possit varia eruditione carere. Namque eruditio nem nemo vettistorum poetarum affectavit, uno qui memorabatur Enripte excepto, cui primo privatorum hominum insignis bibliotheca attribuitur; verumtamen ne huius quidem nomen hac in quaestione quidquam efficit, cum philosophum unice eum fuisse constet. Deinde quod Eratosthenis sententiae, qua proposito suo conducibilia poeticae fingeret licet, subscribere Strabo verecundatur: oblitus fuit clarissimi hanc in rem documenti, Aeschyli Persarum, qua in eadem fabula ab regis aequali et Marathonio victore non solum Darium unquam damna cladem fecisse negatur, verum etiam ingens illius exercitus per Graecos interfisse perhibetur. Gemellam priori sententiam hisce adiunxit:

IV. ΠΟΛΥΒΙΟΣ ap. STRAB. I. p. 26. Τὸ δὲ πάντα πλάττειν οὐ πιθανόν, οὐδὲ Ὁμηρού· τὴν γὰρ ἐπειθεντούς ποιησιν φιλοσοφῆμα πάντας νομίζειν, οὐχ ἀς Ἐρατοσθένης φησι, πελεύοντι μὴ πρίνει πρὸς τὴν διάνοιαν τὰ πειθάτα, μηδὲ ἴστοριας ἀπ' αὐτῶν ζητεῖν. Anchirus qui p. 10. Homericis fabulis veritatem non inesse; sed omnia ficta ab Eratostheni pronunciatum narrat, idem comisit, quod eadem pagina in Rhodigino vituperarat. Ab hac igitur argumentatione non procul abfuit fundamentum, cui universa illa doctrina de Homero geographo superstructa erat:

V. Ἔπαινει γάρ (Apollodorus) Ἐρατοσθένους ἀπόφασιν, ὅτι φησὶν ἐκεῖνος καὶ Ὁμηρος καὶ ἄλλοις τοὺς παλαιοὺς τὰ μὲν Ἑλληνικὰ εἰδέναι, τῶν δὲ πόρ-

ών πολλήν ἔχειν ἀπειρίαν, ἀπείρους μὲν μακρῶν ὄδην  
οὐτας, ἀπείρους δὲ τοῦ ναυτίλλεσθαι. Reliqua v. supra p. 2. Idem I. p. 18. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ σύνεγγυς μόνον, ὡς περὶ Ἐρατοσθένης εἰρηκε, καὶ τὰ ἐν τοῖς Ἐλλησιν, ἀλλὰ καὶ τῶν πόρῳ πολλὰ λέγει καὶ δι' ἀποβειας Ὁμηρος. Demonstratus Eratosthenes his exemplis utebatur:

VI. IDEM I. p. 22. Οἱ Ἐρατοσθένης δὲ πρὸς ἀμφοτέρους τὰς ἀποράσεις (eorum qui aut asseruerunt, aut negarunt, Ulyssem ut Homeris tradidit ad Siciliam et Italiam pervenisse) ἀπήντηκεν οὐκ εὑ, πρὸς μὲν τὴν δευτέραν, ὅτι πειράται διαβάλλειν τὰ φανερῶς ψευδῆ καὶ οὐκ ἄξια λόγου, διὰ μακρῶν πρὸς δὲ τὴν προτέραν, ποιητὴν τε ἀπαντα — νομίσας (fr. III.), τῶν τε μύθων τῶν μὲν ἐν τόποις οὐ πεπλασμένοις πεφημισμένοις, οἷον ἐν Πλίῳ καὶ Πηλίῳ καὶ Ἰδῃ, τῶν δὲ ἐν πεπλασμένοις, καθάπερ ἐν αἷς αἱ Γοργόνες ἢ ὁ Γηραιόνης, ταύτης φησὶ τῆς ἰδεας εἶναι καὶ τοὺς κατὰ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην λεγομένους τοὺς δὲ μὴ πεπλασθαι λέγοντας, ἀλλ' ὑποκείσθαι, ἐξ αὐτοῦ τοῦ μὴ συμφωνεῖν ἐλέγχεσθαι ϕευδομένους τὰς γοῦν Σειρῆνας τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς Πελοποίαδος καθιδρύειν, τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν Σειρῆνονσαν πλείους ἢ δισχιλίους διεχουσῶν σταδίους εἶναι δὲ αὐτὰς σκόπελον τρικόρυφον, φειρογοντα τὸν Κύμαιον καὶ Ποσειδωνιάτην κόλπον. Qui neque scopulum tres vertices proferentem, neque omnino scopulum esse Sirenussas concedit, Strabo, aperte eam umbra dimicuit, cum descriptio ea insularum nihil ad rem Eratosthenis fecerit, sed partem explicatioonis Homericæ a nonnullis prolatae constitueret: ista enim correctio prorsus nullius foret utilitatis, neque si novissima Eratosthenis erant, ita particula δέ annexa orationi finem imposuisset. Non minus Anchonus erravit p. 11. sqq., satis multos errores de Sirenussis, non pro insulis, sed promontorio habendis, effundens. Pro-

montorium nimurum Minervae Σειρηνούσσαν ἀκρωτήριον appellatum: teste Strabone V. p. 247. VI. p. 262. Plinium quoque III. 5. in promontorio Minervae sedem Sirenum collocare; eam enim esse veram lectio-  
nem contra Salmas. Plin. Exercit. p. 62. alterum Plinii  
testimonium confirmare II. 88. avertit (rerum natura) Leucosiam Sirenum promontorio; apud Aristotelem  
vero Mirab. Auscultatt. ab Stephano Byz. v. Σειρηνούσσας exscriptum, illa, φασὶ τὰς Σειρηνούσσας νῆσους καίσθαι μὲν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ περὶ τὸν πορθμὸν ἐπ' αὐτῆς τῆς ἄκρας τοῦ προπεπτωτός τόπου, vertenda: prope ipsum verticem loci procurrentis; Eratosthenis septentiam sequi Dionys. Perieg. 360. Quae oīnnia temere connecta facile reti-  
nere potuisset, dummodo grammaticam paullulum con-  
sulere vellet. Σειρηνούσσας enim secundum analogiam nihil nisi insulas Sirenum significabat; dubiumque exiuit ipse Strabo, qui Eratosthenem scilicet refutatus haec nos edocet: ἀλλὰ ἀγκάν τις ἔγκειται μακρὸς, ἐπὶ θάτερα μὲν τῆς ὁρειγῆς τὸ τῶν Σειρήνων ιερὸν ἔχων, ἐπὶ θάτερα δὲ περὸς τῷ Ποσειδωνίατῃ πόλει τησίδια τρία προκείμενα, ἔρημα, πετρώδη, ἢ καλοῦσι Σειρηνούσσας, quae lectio perperam fuit sollicitata, eademque ratione ἐν ταῖς Σειρήναις extrema pagina corrigendum. Unde etiam aliud intelligitur, parum considerate Strabonem in ad-  
versariorum doctrina elevanda fuisse versatum, ut quem σκόπελον illum τρικόρυφον Σειρηνούσσαν, quamvis locutione minus signata, nihil tamen aliud, quam tres insulas saxosas indicare lateret, quae ferē nihil a pro-  
minentia ista terra distarent, ut protenus cohaerere vi-  
derentur. Jam vero abunde patet, quid sibi velit Leu-  
cosia, Sirenum insula, ab earundem promontorio avulsa,  
atque Aristotelicam locum, ipso μῆσας subiuncto, ma-  
nifeste, ut quod maxime, Sirenussas et promontorium,  
ne Anchieri quidem versione contradicente, distincta ex-  
hibere. Sed aliud fragmentum ad Ulyssis errores re-

spiciens facetia celeberrima historiam fabulosam cavillatur:

VII. De POLYBIO STRABO I. p. 24. Οὐκ ἐπαινεῖ δὲ οὐδὲ τὴν τοιαύτην τοῦ Ἑρατοσθένους ἀπόφασιν, διότι φησὶ τότε ἀν εὑρεῖν τινα, ποῦ Ὁδυσσεὺς πεπλάνηται, ὅταν εὑρῃ τὸν συντέα τὸν συδόμαντα τὸν τῶν ἀνέμων ἀσκόν. Repetiit Eustathius ad Od. κ'. p. 1645. f. = 379, 29. Ἑρατοσθένης μέντοι, φασί, παῖςων γρός τε τὸν μῆθον καὶ τὸ ἀπίθανον τῆς Ὁδυσσέως πλάνης, τότε ἀν εὑρεῖν τινα λέγει, ποῦ πεπλάνηται Ὁδυσσεύς, ὅταν εὑρηται (I. εὕρῃ) τὸν συντέα τὸν συδόμαντα τὸν ἀνέμων ἀσκόν. Quae Strabonem erroris coarguunt, Eratosthenem severam sententiam aliquatenus molliisse putant;

VIII. I. p. 26. ἀπερ (id est, fabulosa de Sirenum sis ac similibus) οὗτ' ἀκριβῶς ἔξετάζειν δεῖ, οὗτ' ἀρρένες καὶ ἀνέστια ἔαν, ἀληθείας μηδὲν προσαπτόμενα, μηδ' ὠφελείας ἴστορικῆς. Καὶ αὐτὸς δὲ ὑπονοήσας τούτο ὁ Ἑρατοσθένης, ὑπολάβοι τις ἄν, φησί, τὸν ποιητὴν βούλεσθαι μὲν ἐν τοῖς προσεσπερίοις τόποις τὴν πλάνην τῷ Ὁδυσσεῖ ποιεῖν, ἀποστῆναι δ' απὸ τῶν ὑποκειμένων, τὰ μὲν οὖν ἀκριβῶς πεπνημένον, τὰ δὲ οὐδὲ προελόμενον οὕτως, ἀλλ' ἐπὶ τὸ δεινότερον καὶ τὸ τερατωδέστερον ἔκαστα ἔξάγειν. Praeterea callidam eludit interpretationem quod statim eadem pagina Cyrenei placitum affert:

IX. Φησὶ τὰ πόρρω τερατολογεῖσθαι μᾶλλον διὰ τὸ εὐκατάψευστον. Illa rationem τοῦ ἔξωνεανισμοῦ dedisse suspicatur Ancherus p. 14., quia Polybius ap. Strab. I. p. 26. adversus Eratosthenem disputans τὸν ἔξωνεανισμὸν refutare conetur, et Apollodori ap. eundem VII. p. 299, plurima Eratosthenis suos in usus convertentis, ea sit sententia. At cum ἔξωνεανισμὸς a Callimacho adoptatus fuerit, quod Apollodori loca supra apposita edocent, neque potuerit Eratostheni probari,

bari, quippe qui eo ipso cursus *Ulyssis universos in nugarum numero habendos tradiderit*, ista corruit suspicio. Tum accedit etiam magis censorium decretum:

X. STRABO p. 18. — τὰ περὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην· περὶ ἣς πολλὰ διαμαρτύρανται, τοὺς τὸ ἔπηγματας φιλαράσους ἀποφαίνων καὶ αὐτὸν τὸν ποιητὴν. Ex interpretibus in primis Callimachum notaverit; cf. Apollodorea supra p. 3. Neque haec severa disceptandi ratio quidquam veniae admittere potuit: quam quibus breviter, sed luculente Strabo exposuit, ea iam sequuntur:

XI. I. p. 27. "Εἰτι δὲ ἐπεὶ οὐ πάντα μυθεύονται, καὶ μάλιστα Ὁμήρος, ζητῶν τί οἱ παλαιοὶ προεμυθεύονται, οὐ διητεῖ, εἰ τὰ προεμυθεύμενα ὑπῆρχεν ἢ ἔστιν· ἄλλα καὶ μᾶλλον, οἷς προεμυθεύεται τόποις ἢ προεώποις, περὶ ἐκείνων ζητεῖ τάληθές· οἶον Ὀδυσσέως πλάνην, εἰ γέγονε καὶ ποῦ. Sed indignabundus ille reponit: Τὸ δ' ὅλον οὐκ εὖ, τὸ τὴν Ὁμήρου ποίησιν εἰς ἐν συνάγειν καὶ τὴν τῶν ἄλλων ποιητῶν, εἰς τε τάλλα, καὶ εἰς αὐτὰ τὰ μῦν προκείμενα, τὰ τῆς γεωγραφίας, καὶ μηδὲν αὐτῷ πρεσβείον ἀπονέμειν. Prorsus a sensu verborum contra grammaticam peccans Ancherus p. 16. aberravit, ita vertens: unusquisque, qui quid affinxerint antiqui quaerat, non de iis quae afficta esse sua sponte patet, querere debet, utrum revera ante extiterint, vel adhuc existant, sed potius de locis et personis illis, quibus talia affinguntur, veritatem investigare, ut utrum Ulysses vagatus sit, et ubinam locorum. His satis ineptis Eratosthenem reprehendi opinatur, qui in refutatione sententiae omni prorsus veri specie destitutae iusto maiorem posuerit operam. Non sollicitanda erat vulgata versio.

Jam in hac disquisitione complura quae maxime ad Ulyssem facerent curate Eratosthenes persequebatur. Exemplum de Sirenuissis agens modo affuit; alterum de Phasacibus adhuc praesto est:

XII. ATHENAEUS I. p. 16. D. Ἀπολανστικὸς δέ  
ἐπι τῷ παρ' αὐτῷ ('Ομήρῳ) καὶ ὁ τῶν Φαιάκων βίος.  
Ἄτε γὰρ ἡμῖν δοίς τε φίλη κιθαρίς τε, καὶ τὰ ἔξης,  
ἄλλη Ἐρατοσθένης οὕτω δεῖν γεγράφθαι φησίν.

Οὐ γὰρ ἐγωγέ τέ φημι τέλος χαρίστερον εἶναι,  
ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ, κακότητος ἀπούσης,  
δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκονάζωνται ἀοιδοῦ.  
κακότητος ἀπούσης, φάσκων, τῆς ἀφροσύνης. ἀδύνατον  
γάρ μὴ φρονίμους εἶναι Φαίακας, οἱ μάλα φίλοι εἰσὶ<sup>ν</sup>  
Θεοῖσιν, ὡς η̄ Ναυσικά φησίν. Huic sua debet Eu-  
stathius ad Od. i. p. 1612, 18 = 331, 17. Ιστέον δέ,  
ὅτι τοῦ ὅτε σιγροσύνη ἔχει κατὰ δῆμον ἀπαντά, μετα-  
γράψων Ἐρατοσθένης οὕτω λέγεται γράψαι· ὅτε εὐ-  
φροσύνη μὲν ἔχει κακότητος ἀπάντης (ἀπούσης)· κακό-  
τητα λέγων τὴν ἀφροσύνην, ἡς δοκοῦσι στέρεσθαι  
Φαίακες. ἀδύνατον γάρ φησι μὴ φρονίμους εἶναι αὐ-  
τοὺς, οἱ καθ' 'Ομηρον μάλα φίλοι εἰσὶ θεοῖς. Schol.  
Mediol. Od. i. 5. quaedam continet Eratostheni accom-  
modata: Ἐγκαλοῦσι δὲ τῷ 'Οδυσσεῖ φιληδονίᾳν, λέγον-  
τες τὴν ἀπόλανσιν τέλος ἥγονύμενον τοῦ βίου διὰ τοῦ-  
τον. — οὐ δὲ ἀπὸ τῆς λέξεως καὶ τούτων οἱ μέν, ὅτι  
εὐφροσύνη τῆς ἡδονῆς τῷ φρονεῖν διαφέρει. Emenda-  
tio utique, si quidem Athenaeus scriptoris mentein  
recte perceperit, minime necessaria, ingeniosa tamen,  
fretque dignissima mente Eratosthenis incorrupta. Ve-  
rum enimvero si quid ingenium viri sagacissimi per-  
spexit, Athenaeus eiusve Epitome culpa liberari non poter-  
rit. Primum enim hoc ut in confesso positum concedi  
velim, de Ulyssis erroribus ita a Nostro actum fuisse, ut  
nōb̄neāt Homero geographiae notitiam abiudicaret. Jam  
vero cum perinde sit certissimum, ostentationem qua-  
llitatemque doctrinae et acuminis quam maxime ab Era-  
tosthenē abhoruisse, ut qui nōrma rigidissima singula  
deinceps argumenta alienis exclusis explicuerit: eādem  
opinor viā offertur, emendationem quae nāhil eius ra-

tiones confirmaret non posse non suspectam videri. Illum potius tale quid voluisse existimo. Namque remota terrae cum in primis fabulas experta dixisset, aliud adiunxerit momentum, locos istos remotos coloribus non suis, ut facile esse factos intelligas, decoratos exhiberi: veluti Phaeacum insulam cum alibi, tum versibus excitatis felicitate communi et insigni ab omnibus sensuum voluptatibus censeri, temperantiae tamen ac prudentiae beatas res admisceri debuisse. Eratosthenis autem sententia hic, ut deinceps fragm. XVI., nonnullos grammaticos permovisse videtur (cf. Athen. II. p. 40. D.), ut τέλος apud Homerum de sacrificio interpretarentur. Neque felicior ipse Athenaeus V. p. 192. D. de illis versibus: ξένου ύποδοχὴν ἔχει, ὅντων καὶ αὐτῶν τῶν Φαέαν τρυφερῶν. Ceterum recte de hac cum aliquot aliis annotationibus censuit Fabricius Bibl. Gr. IV. p. 126. „Ομήδουν διόρθωσις quoque ab Eratosthenē composita est, si credimus viris doctis ad Strabonis et Athenaei testimonia provocantibus. Sed nullus in his extat locus, e quo hoc certo colligi possit, quamquam obiter in Geographia sua et forte in grammaticis commentariis [hoc omittere debuerat] quaedam illius poetae illustraverat.“ Tale enim opus si extitisset, aliquanto crebrius in illa Eratosthenē nominis celebritate commemorabatur.

Sequuntur aliae observationes ad Odysseam et Iliadem.

XIII. STRABO I. p. 29. Ταῦτα μὲν δὴ δε ἀρχῆ τοῦ πρότον τῶν γεωγραφικῶν εἰρημένα τοιαύτην τινὰ τὴν ἐπανόρθωσιν ἔχει. Ἐπιμένων δὲ τοῖς περὶ Ομήδου ψυσθῶν ὑποσληψθεῖσι καὶ ταῦτά φησιν, ὅτι οὐδὲ τὰ τοῦ Νείλου στόματα οἶδε πλειστα ὄντα, οὐδὲ αὐτὸς τοῦνυναι.

XIV. IDEM p. 30. Οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τοῦτο προφέρουσιν αὐτῷ τὰ περὶ τῆς οὐρανού τῆς Φαρίας, ὅτι φησι

πελαγίαν, ὡς καὶ ἄγνοιαν λέγοντι. — Ἡδ' αὐτὴ ἀμαρτία καὶ περὶ τοῦ ἄγνοεῖν τὸν ἴσθμον τὸν μεταξὺ τοῦ Αἰγυπτίου πελάγους καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ περὶ τοῦ ψευδῶς λέγεσθαι. Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν. Καὶ γὰρ τούτο ἐκείνου λέγοντος καλῶς, ἐπιτιμῶσιν οἱ ὕστερον οὐκ εὖ. Ne has quidem obiectiones, varia licet praetexens; Strabo retundere potuit. Sed luculentissima sunt, usu veteris historiae accuratissimo subnata ac plane gemella fr. LV., quae a Strabone ipsi exposita memorantur, cum de Graecorum commerciis priscorum temporum, tum præ certis regionibus de Aegypto:

XV. STRABO XVII. p. 802. Φησὶ δὲ Ἐρατοσθένης, κονὸν μὲν εἶναι τοῖς βάροβάροις πᾶσιν ἔθος τῆς ἐγνηλασίαν· τοὺς δὲ Αἰγυπτίους ἐλέγχεσθαι διὰ τῶν περὶ τὸν Βούσειφν μεμινθενμένων ἐν τῷ Βούσειφντη νομῷ, διαβάλλειν τὴν ἀξενίαν· βουλομένων τοῦ τόπου τούτου τῶν ὕστερον· οὐδὲ βασιλέως μὰ δια οὐδὲ τυράννου γενομένου τινὸς τοῦ Βούσειρδος· προεπιφημισθῆναι δὲ τό· Αἴγυπτον δὲ ιέναι δολιχὴν ὁδὸν ἀργαλέην τε (Odyss. δ. 483.), προσλαμβάνοντος πρὸς τούτο πάμπολυν καὶ τοῦ ἀλμένου, καὶ τοῦ μηδὲ τὸν ὄντα λιμένα ἀνεῖσθαι, τὸν πρὸς τῇ Φάρω, φρουρεῖσθαι διῆπο βουκόλων ληστῶν ἐπιτιθεμένων τοῖς προσφορμιζομένοις. Καρχηδονίους δὲ παταποντούν, εἵτις τῶν ἔνοντιν εἰς Σαρδὼ παραπλεύσειεν, η ἐπὶ στήλας. Λιὸς δὴ ταῦτ' ἀπιστεῖσθαι τὰ πολλὰ τῶν ἐσπερίων. Καὶ τοὺς Πέρσας δὲ κακῶς ἡγεῖσθαι τοῖς πρέσβεσι τὰς ὁδοὺς κύπλῳ, καὶ διὰ δυσκόλων. Cf. fr. XXIX. Iure locum classicum praedicavit J. H. Vossius ad Virgilii Georg. p. 516. sq. Quod primum de Aegyptiis afferatur, apprime Graecorum fama de Aegyptiorum astutia, quae minima eorum virtus fuisse videtur, adiuverit. Schol. Aristoph. Nub. 1133. [Ἐν Αἰγύπτῳ] Ἐπεὶ καταράται. ἐλέγετο γὰρ ληστεύεσθαι η Αἰγύπτος. Αἰ-

σχύλος (fr. 309.)· διψοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγυπτίου.  
καὶ Θεόκρετος ἐν Ἀδωνιαζούσαις (v. 47.)·

— οὐδεὶς κακοεργὸς

δαλεῖται τὸν ιόντα, παρέρπων Αἴγυπτιστι.

*Kai Aigypitiásen* (vocabulum Aristophanicum), τὸ  
ὑπουλα πράττειν. Ad Theocriti locum quaedam dedit  
Valckenarius. Deinde Persarum mos indicatur etiam  
ab Aristophane Acharn. 68. 69.

καὶ δῆτ' ἐτρυχόμεσθα διὰ Καῦστριῶν

πεδίων ὁδοπλαγοῦντες ἐσηγημένοι.

Tandem aliud non contemnendum docemur, ante fini-  
tum primum Carthaginiensium adversus Romanos bel-  
lum, cum adhuc Sardiniam illi tenerent, Geographiae  
primum librum editum fuisse.

Hinc ad novam paullo difficiliorem quaestionem  
praeverendum, cuius copiam praebet:

XVI. STRABO I. p. 28. Κανταῦθα δὲ εἰπόντος εὐ τοῦ  
ποιητοῦ· *Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρήνης εν  
ἄγτον· οὐκ εὖ δεξάμενος ὁ αὐτὸς συκοφαντεῖ, ὡς οὐ-  
θόλου λέγοντος, οὐτε ὁ Ζέφυρος ἐκ Θρήνης πνεῖ, ἐκεί-  
νου λέγοντος οὐ καθόλου, ἀλλ' ὅταν κατὰ τὴν Θρᾳκίων  
θάλατταν συμπέσωσι περὶ τὸν Μέλανα κόλπον, αὐτοῦ  
τοῦ Αἰγαίου μέρος οὖσαν.* — *Οὐκ ἐνάγει δὲ τοῦτο  
Ἐρατοσθένης, ὑπενόησε δὲ ὅμως· οὐτος γοῦν ἔξηγει-  
ται τὴν ἐπιστροφὴν ἦν λέγω τῆς χώρας. ὡς οὐθόλου  
οὖν δέχεται, εἰτ' ἀπειρίαν αἰτιάται τοῦ ποιητοῦ, ὡς  
τοῦ Ζεφύρου μὲν ἀπὸ τῆς ἐσπέρας πνέοντος καὶ τῆς  
Ιβηρίας, τῆς δὲ Θρήνης ἐκείσε μὴ διατεινούσης.* Nod-  
dum, specie infirmum, re vera eum qui solvendi peri-  
tissimus sit desiderantem, Strabo magis transsiluit, quam  
diligenter tractavit, nec quisquam sive veterum, sive  
recentiorum interpretum gloriani ex refutato sibi pepe-  
rit Eratosthene. Quae Schol. Venet. ll. i. 4. 5. ad il-  
lud argumentum prodiderunt, haec sunt, ad v. 4.  
ἀνιστόρητον δέ φασιν εἶναι τὸ τοὺς ἀμφοτίρους, ἥγουν  
τὸν Βορέην καὶ τὸν Ζέφυρον, πνίειν ἐκ τῆς Θρήνης.

οὐ γάρ πνέουσιν ἀμφότεροι εἰς αὐτῆς. Μίνεται δὲ ἐκ τῆς λέξεως τρόπῳ συλληπτικῷ· τὸ γάρ θάτερον (locutionem in Grammatico vix ferendam sensu quoque flagitante sustuleris reponendo θατέρῳ; cf. Schol. Pind. Pyth. VIII, 22.) συμβεβηκός ἐπ' ἀμφοῖν τίθεται. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρως· ὅμωνύμως γάρ τὰ πνεύματα καὶ οἱ προεοτώτες αὐτῶν θεοὶ λέγονται· τοὺς δὲ σωματικῶς ἐν Θράκῃ κατοικοῦντας ὑποτίθεται ὁ ποιητής. Αδ. v. 5. Ρητέον οὖν ὅτι η̄ τῶν Θρακῶν γῆ ἐπὶ πολὺ διψει καὶ σιγματοειδῆς κεῖται τῇ θέᾳ μέχρι τῆς δύσεως· ἀφ' ἑπατέρον οὖν μέρους τῶν ἀνέμων ἔχει ἑπατέρον. Syllepsis hic quidem falsa est, altera explicatio nonnisi partem veri continet. Nec magis Casanbonus ad Strabonem vel Heynius ad Homericum locum, ille logica ratione abusus, hic contra monens, ex Jonia rem spectandam, scopum seriebant: non enim quaeritur, num quando Zephyrus ex Thraciaflare queat, sed num Boeae adiunctus turbas excitet marinas. Casanbonus tamen, verum fateri coactus, poetam sibi vetustissimam Graecorum opinionem respexitse videri ait, qui cum Thraciam regionem esse frigidissimam perciperent, omnes inde spirare ventos, ibique antro conclusos teneri existimarint; allato Apollonii Rh. Schol. I, 826. Ψυχρὰ γάρ ἔστιν η̄ χώρα· διὸ κάπειθεν τοὺς ἀνέμους πνεῖν ἐμυθεύσαντο. Διονυσοφάνης δὲ βόθρον φησὶν εἶναι ἐν τῇ Θράκῃ, εἰς οὖν φυσήματα ἀνέμων γίνεσθαι, καὶ μυθεύθηναι οὕτω Θράκην ἀνέμων οἰκητήριον. Atqui minore poterat res molimine confici, ipso poeta (liceat hic ita dicere) viam monstrante. Nam II, ψ. 194. s. Achilles

— δαιοῖς ηρᾶτ' ἀνέμοισι,

Βορέη καὶ Ζεφύρῳ.

Schol. Venetum: ὡς Θράκη· Θράκη γάρ Τροίας πλησίον. Jones enim, quod alibi (v. fr. LV.) consueverunt, de terra vixdum innatescenti, si quidem memorabili virtute esset insignis, ita sermones faciebant, ut,

nisi illic, nusquam terrarum istiusmodi indelema reprehiri crederes. Igitur perspicacissimus Eratosthenes ex illa prisci aevi opinione, Thraciam ventorum esse secundem, geographiae imperitiam verissime eruerat. Ceterum hoc cum duobus sequentibus fragmentis ante Nilii commemorationem locum habuisse, fr. XIII. facile patet. Sed priori expositioni de ventorum sede alteram fuisse additam de eorum duplice numero plus quam verisimile existit proximo fragmento:

XVII. SCHOL. VENET. IL. ὁ. 282. η̄ διπλῆ, ὅτι εἰ μὴ προσέθηκε τὸν στίχον, οἱ θέλοστες συγγείσθαι τὰ δυῖκα παρ' Ὁμήρῳ, Ἐρατοσθένης καὶ Κράτης, Ελεγον ἀν ἐπὶ τῶν ἐννέα Πριαμιδῶν τετάχθαι, (τὸ) τῷ μὲν ζευγνύσθην. Fuit sane vetustissimorum grammaticorum satis constans nec falsa opinio, dualēm certa significatione ab Homero nondum usurpari: cf. VWolf. Prolegomenis p. 206.; sed obiter tantum, si modo de duali tale quid protulit, ab Nostro indicari potuisse proposita ad fr. XII. commonefaciunt. Iam cum Eratosthenēm loco inepto nihil esse temere molitum sit exploratissimum, non iam de caussa observationis ambigendum videtur. Illo enim ipso II. i. initio data opera ac non sine quodam studio Scholiastae enodare conantur, quamobrem poeta duos commemorarit ventos; in eoque labore allegorico, licet Scholiis illis non infrequenti, sed hic tamen satis singulari, ita versantur, ut urgente tantummodo necessitate ista profudisse per sit credibile. Prius igitur placitum Eratosthenes Homero adiuvavit, grammatica confirmatum sententia: nonnulla enim ex eo genere de sumpta hic illic Geographicis fuisse intermixta, Polemōnis loco supra (p. 5.) tractato non obscure intelligitur.

Primariam hanc de Homeri geographia disputacionem concludit:

(fr. XIX.) postquam omnem Erigonae historiam propo-  
suerunt, hiace narrationem suam concludunt: Ιστορεῖ  
Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ Καταλόγοις. Non facile  
reppereris, quod magis ab ipsa re ab ludere videatur.  
Iam vero hoc iure meritissimo nobis sumenius, illam  
Catalogorum Eratosthenis mentionem, verba sistentia-  
quae ut nihil corruptionis referant, ita longissime supra  
Scholiastarum inventa assurgant, non posse non qualiter  
maxime pro genuinis haberi. Nunc autem audias Val-  
ckenarium: „Nomina auctorum et librorum per com-  
pendia scribuntur in veteribus membranis. Scripseratme  
„Grammaticus olim: Ιστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑα-  
υτοῦ Καταντ. pro Καταστερισμοῖς, quod degeneraverat  
„in Καταλόγοις? Hoc prima facie videatur alicui verā-

„simile. — — Historia Icarii et Erigones denarratur a  
 „multis; Hyginus ubi de Arctophylace agit P. A. II, 4.  
 „et Schol. Germanici de cane tractans p. 130. inter ce-  
 „ters, illa etiam tradiderunt, pleraque eadem, quae in  
 „Scholio ad Homerum Graecis verbis leguntur: e. Scho-  
 „liasta Germanici nonnulla sunt transcripta in fabulam  
 „130. earum, quae Poetici Astronomici Parenti solent  
 „attribui. — Hyginiana autem et Scholiastae Germ. verba,  
 „quae cum nostris his conspirant, suspicor e binis Era-  
 „tothenis operibus derivata, tum ex integriore Cataste-  
 „rismorum opere, tum ex poematio (sive interprete  
 „Graeco poematis) Eratosthenis, quo honestavit — —  
 „pietate ad sidera ductam Erigones, ut loquitur Mani-  
 „lius II, 31, qui in tanto veterum dissensu stellatam  
 „virginem passim Erigones nomine celebravit. Potuit  
 „autem vetus Homeri Scholiasta utriusque operis hoc in  
 „loco mentionem fecisse; recentior Catasterismos com-  
 „memorare solos." Reliqua dantur ad fr. XXVI. Quae  
 ut acute sunt excogitata, ita vellem firmioribus mo-  
 mentorum ponderibus inniterentur. Non enim aliud  
 quid quam hoc ipsum *ἐν τοῖς εἰς Κατάλόγοις* scripsit  
 Scholiorum auctor, quia ex alio Catasterismorum opere,  
 ut quod Eratosthenes nunquam composuerit, nihil ab  
 eodem adduci poterat. Deinde, si quidem Catasterismos  
 ediderat, hos et Erigonem tanquam de eadem re tra-  
 ctantes vix potuit coniunctim Scholiasta afferre, quando  
 Erigone singulare opuscolum constituisse non videtur.  
 Res enim ita sese habet. Universum illud de zonis et  
 astris similibusque carmen inscriptum erat tum *Ἐρηνῆς*,  
 tum *Κατάλογοι*, tum *Καταμερισμός*, quod vocabulum  
 lexicis ignotum Achilles Tatius p. 146. (fr. LIII.) usur-  
 pavit: quae ipsa titulorum varietas si minus illa *Κατά-*  
*λογοι* et *Καταμερισμός*, certe alterutrum pro recentio-  
 rum additamento ponendum esse indicat. Nimis enim  
 perspicue, quam ut ab auctore admitti potuerit, argu-

mentum operis significant, id est, enumerationem in primis stellarum, caussis earum adiunctis, in univer sumque rationis, qua mundus temperetur, expositionem. Jam Erigonae historia cum Mercurio inseri debuerit, non adeo apparet, quatenus seorsum vulgari potuerit: nam retractatam ab Eratosthenè fuisse, negare videtur et Longini vox *τριηνάσιον*, neque ipsum suadet argumentum, tam contractum circumscriptumque poetas praestans campum, ut evagandi reique proferendae nullum omnino locum suppeditaret. At Erigona aliquodis Mercurii mentione omissa laudatur. Verum nihil credere vetat, eodem modo factum fuisse, quo Olympionicae ab opere chronologico, Platonicus a commen tationibus de mathematicis disciplinis, liber de divitis ac paupertate a scripto de bonis. malisque, seitunguntur, quia brevius opusculum tanti videbatur, ut tanquam singularis liber afferri posset. Sed tamen alia difficultas restat, metrorum dico diversitatem, cum per Erigonae historiam alternantibus pentametris, per Mercurium hexametris unice usus Noster reperiatur. De fragmentis quidem Stephani (XXVII.) et Macrobi (XXV.) atque liquet; at vero illi Analectorum versus medio in rerum cursu, quantum quidem ex Hygino carmen perspicitur, locum invenire non potuerunt, sed vel initio vel fine nexu orationis utcunque accommodato collabantur. Omnino ne hoc quidem mirum acciderit, quod metrorum varietatem ipse poeta aliis praemittibus deditaque opera aspernatus non fuerit, praesertim in fabula metro elegiaco perquam accommodata.

Sed redeundum ad *Catasterismos*, quos ab Eratosthenè unquam perscriptos esse negavi. Atqui hodie que illi supersunt\*). Verumtamen quantopere ab inge-

---

\*<sup>o</sup>) Primum a Fello post Aratum Oxon. 1672. editi, deinde Graece et Latine in posteriore Opusculorum Mythologicorum Galei editione, aliquanto emendationes; post observationes

nie herois celebratissimi distent, non multis ne hodie quidem in mentem venire videtur, ut cui operi tantum nomen sine mora praeponant. Est etiam veterum hanc in rem auctoritas allata, Suidae nimirum, egregii profecto auctoris: inter Eratosthenica enim recenset ἀστρονομίαν η καταστηριγμούς, quorum ἀστρονομία ex liberalitate Lexicographi provenisse videtur. Eudocia p. 172. Suidam compilans καταστηρισμούς veri proxime legit; namque certatim emendatum est καταστηρισμός; eadem enim vocum καταστηρισμός et καταστηριγμός confusio apud eundem Suidam v. Ἰππαρχος admissa fuit \*). Quid igitur? Num dubitabimus eundem hic quoque errorem Suidae tribuere, quo de Clemente et Proclo et Timaeo aliisque ineptissima profundit peccata? Acutius vidit is, qui prae ceteris spuria rimaretur ac detegret, Valckenarius, loco supra memorato (Opusc. II. p. 69.): „Libellus sub Eratosthenis „nomine vulgatus mea opinione compendium continet „operis, quod magni noīminis Criticus olim emiserat, a „recentiori Grammatico contracti. Hoc ut satis exploratum pono \*\*).” Idem innuit Hemsterhusius ad Lucian. p. 511. et apud Koppiers. p. 98. scribens: in Eratosthene quem vocant: idem vero ille plane contrarium ad eundem protulit Lucianum p. 434, Catasterism. c. 40. paene versum ab Hygino opinatus. At compendium hoc opusculum non esse putandum, duobus et invictis opinor argumentis apparebit. Primum enim

ad eos conscripsit, non adeo magnae utilitatis, P. H. Koppierius, Observatis philologicis, Lugd. B. 1771. pag. 92 — 130: ad paucos tantum plurimorum qui in mendo cubant locos ille intendit. Multo minora praestitit Schaubachius sua editione, Gotting. 1795, qui nihil nisi quaedam collegit. Praefixa est Heynii epistola, qui nonnulla ut potuit enodare studeret. Emendationes nondum collectas variis ex commentariis criticorum petere licet.

\* ) Ex Proclo sustulit Valckenarius ad Callim. p. 44.

\*\*) Hanc illum sententiam semper tenuisse, Callimachea demonstrant p. 35.

*Aegyptus cum vicinia.*

CXXII. STRABO XVII. initio. Κάνταῦθα δ' Ἐρατοσθένους ἀποφάσεις προσιθετέον. Φησὶ δὴ τοῦ Ἀραβίου κόλπου πρὸς τὴν ἐσπέραν ἐντακτικχιλίους (*sic*) σταδίους διέχειν τὸν Νεῖλον, παραπλήσιον ὅγτα κατὰ τὸ στόμα τῷ γράμματι τῷ ν ἐνιμένῳ ἀνάπολιν. Ρυεῖς γάρ, φησὶ, ἀπὸ Μερόης ἐπὶ τὰς ἄρκτους ὡς διεχιλίους καὶ ἐπτακοσίους σταδίους, πόλιν ἀναστρέψει πρὸς μεσημβρίαν καὶ τὴν χειμερινὴν δύσιν ὡς τρισχιλίους καὶ ἐπτακοσίους σταδίους, καὶ σχεδὸν ἀντάρας τοῖς απτὰ Μερόγην τόποις καὶ εἰς τὴν Λιβύην πολὺς προστεσῶν καὶ τὴν ἑτέραν ἐπιστροφὴν ποιησάμενος, πρὸς τὰς ἄρκτους φέρεται, πεντακισχιλίους μὲν καὶ τριακοσίους σταδίους ἐπὶ τὸν μέγαν καταβότην, παρεπιστρέψων μικρὸν πρὸς τὴν ἔω, χιλίους δὲ καὶ διακοσίους τὸν δὲ ἐπὶ τὸν ἐλάττω τὸν κατὰ Συήνην, πεντακισχιλίους δὲ ἄλλους καὶ τριακοσίους ἐπὶ τὴν θάλατταν. Ἐμβάλλουσι δὲ εἰς αὐτὸν δύο ποταμοὶ, φρεόμενοι μὲν ἐκ τεινων λιμνῶν ἀπὸ τῆς ἔω, περιλαμβάνοντες δὲ νῆσον εὐμεγέθη τὴν Μερόγην· ἀν δὲ μὲν Ἀσταβόρας καλεῖται, κατὰ τὸ πρὸς ἔω πλευρὸν ἔρεν, ἀτερος δὲ Ἀστάπους· οἱ δὲ Ἀστοσάβαι καλοῦσι· τὸν δὲ Ἀστάπουν ἄλλον είναι, ἔρεντα ἐκ τινων λιμνῶν ἀπὸ μεσημβρίας, καὶ σχεδὸν τὸ κατ' εὐθεῖαν σῶμα τοῦ Γείλον τοῦτον ποιεῖν· τὴν δὲ πλήρωσιν αὐτοῦ τοὺς θερινοὺς ὄμβροις παραπιενάειν. Ἐπέρ δὲ τὰς συμβολὰς τοῦ Ἀσταβόρα καὶ τοῦ Νείλου σταδίους ἐπτακοσίους Μερόγην εἶναι πόλιν ὁμώνυμον τῇ νήσῳ· ἄλλην δὲ εἶναι νήσον ὑπὲρ τῆς Μερόης, ἣν ἔχουσιν οἱ Αἴγυπτιών φυγάδες, οἱ ἀποστάντες ἐπὶ Ψαμμιτίχου, καλοῦνται δὲ Σεμβρίται, ὡς ἀν ἐπήλυδες (Ι. ὥσανεὶ ἐπ.)· βασιλεύονται δὲ ὑπὸ γυναικός· ὑπακούουσι δὲ τῷ (?) ἐν Μερόῃ. Τὰ δὲ κατωτέρω ἐκατέρωθεν Μερόης, παρὰ μὲν τὸν Νεῖλον πρὸς τὴν ἐρυθράν, Μεγάβαροι καὶ Βλέμμυες, Αἰθιόπων ὑπακούοντες, Αἴγυπτοις δὲ ὅμοροι· περὶ θάλατ-

ταν δὲ Τρωγλοδύται· διεστάσι δὲ εἰς δέκα ἡ διόδεκα  
ἡμερῶν ὕδον οἱ πατέρες τὴν Μερόγην. Τρωγλοδύταις τοῦ  
Νείλου. Ἐξ ἀριστερῶν δὲ τῆς φύσεως τοῦ Νείλου  
Νοῦθραι πατοικιῶσιν ἐν τῇ Λιβύῃ, μέγα ἔθνος, ὅποι  
τῆς Μερόγης ἀρεβάμενοι μέχρι τῶν Ἀγγώνων, οὐδὲ ὑπο-  
τατόμενοι τοῖς Αἰθίοψιν, ἀλλ᾽ ἴδιαι κατὰ πλείους βα-  
σιλείας διειλημμένοι. Τῆς δὲ Αιγύπτου τὰ παρὰ τὴν  
Θάλασσάν ἔστιν ἀπὸ τοῦ Πηλονομακοῦ στόματος πρὸς  
τὸ Κανωπικὸν στάδιοι τρισκίλιοι τριακόσιοι. Ἐρατο-  
σθένης μὲν οὖν οὗτος. Illa, ab Fello excerpta, novis-  
simi peregrinatores confirmarunt.

CXXIII. PROCLUS AD PLATONIA TIMAEUM p. 37. Bas-  
sil. Άλλοι δέ φασιν, ὅτι αὐξεται ὁ Νεῖλος ἀπὸ ὄμβρων  
τινῶν εἰς αὐτὸν ἐγχομένων, ὡς εἰρηται διαρρήθην ὑπὸ<sup>1</sup>  
Ἐρατοσθένους. — Ἐρατοσθένης δὲ οὐκέτι φησὶν οὐδὲ  
ζητεῖν χρῆναι αἰτίαν τῆς αὐξήσεως τοῦ Νείλου, ειφῶς  
καὶ ἀφικομένων τινῶν εἰς τὰς τοῦ Νείλου πηγάς, καὶ  
τοὺς ὄμβρους τοὺς γινομένους ἐωρακότων, ὥστε ιρα-  
τύνεαθαι τὴν Ἀριστοτέλους ἀπόδοσιν. Socordia perin-  
signi librum de Nila Galena διημιάvit.

CXXIV. STRABO XIV. p. 684. Οὐδὲ ὁ Ἐρατο-  
σθένης εὐ· αἰτιώμενος γὰρ τοῦτον (Δαμάστην) οὐκ  
ἀπὸ ἀρκτῶν φησὶν εἶναι τὴν Ἰεροκηπίαν (Cypri), ἀλλ’  
ἀπὸ νότου· οὐδὲ γὰρ ἀπὸ νότου, ἀλλ’ ἀπὸ δύσεως, εἰ-  
πειροὶ δὲ τῇ δυσμιᾷ πλευρᾷ πειται, ἐν δὲ καὶ ἡ Πάφος  
καὶ ὁ Ἀκάμας. — Φησὶ δὲ Ἐρατοσθένης τοπαλαιὸν  
ὑλομακούντων τῶν πεδίων, ὥστε κατέχεσθαι δρυμοῖς,  
καὶ μὴ γεωργεῖσθαι, μικρὰ μὲν ἐπωφελεῖν πρὸς τοῦτο  
τὰ μεταλλα, δενδροτομούντων πρὸς τὴν καῦσιν τοῦ  
χωλκοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου· προσγενέσθαι δὲ καὶ τὴν  
φαντηγίαν τῶν στόλων, ἥδη πλεομένης ἀδεῶς τῆς θα-  
λάσσης, καὶ μετὰ δυνάμεων· οἵ δὲ οὐκ ἐξενίκιαν, ἐπι-  
τρέψαις τοῖς βενδομένοις καὶ δυναμένοις ἐπικόπτειν,  
καὶ ἔχειν ἰδιόπτητον, καὶ ἀτελῆ τὴν διακαθαρθεῖσαν γῆν.

C. 1. *διὰ τόκον ἡδη οὐσαν*. Hyginus: prope diem partus. *ἐπὶ τόκου enim quod Hemsterhusio ad Thom. M. p. 357. probatur suspecta est locutio; ἐπίτοκον autem adulterinum verbum, apud Aristotelem sane obvium, cuius quidem scripta interpolatrices multorum manus sensisse neminem latet: cf. Lobeck, ad Phrynic. p. 333.*

*δόξεις εἰσελθεῖν*, dicitur intrasse, ex more recentiorum, ut c. 11. 15. 27. 32. 40. Plura praebet Abresch. Dilucid. Thucyd. p. 447. 652. a Koppiersio p. 95. laudatus, a quo eiusdem p. 123. afferri non debuerat.

*διὰ τὴν συγγένειαν*, propter concubitum; sic Thea ad Arati Phae. 27. Hyginus: memor peccati.

C. 2. *ηγρίωσεν αὐτήν· υστερον δὲ σεσωμένη λέγεται δόξαν αὐτῇ περιθεῖναι*. Illud secessumēnη non quadrare monstrat contrarium ηγρίωσεν, quod ipsum inaudita vi fruatur, in feram immutavit. Nimirum novitia adhibuerat significatione verbum *σωφρονίζειν*: legendum enim *σεσωφρονισμένη*, cum ad sanam mentem rediisset.

Sequitur *ἐν οὐρανοῖς*, ab Heynio notatum, ut in Novo Testamento. Sed in extremo cap. quod legitur, *περὶ οὐδὸν δοκεῖ οὐ πόλος στρέψεσθαι*, non imputandum videtur auctori, sed recte correctum est περὶ οὐ. Debetur eadem correctio Schol. Vrat. Pind. Ol. VI, 116.

C. 8. init. *περὶ τούτου λέγεται, ὅτι Ἄρκας ἐστιν*, prava Graecitate, de Latinis videlicet expressa Hygini II, 4. de hoc fertur, ut sit Arcas nomine. Ita c. 22. *περὶ τούτου λοτορεῖται, ὅτι ἐν τοῖς ἀστροῖς ἐτέθη*. 33. *περὶ ταύτου λοτορεῖται, ὅτι ἐστὶν —*. Restituendum c. 45. *Περὶ τῶν πέντε ἀστέρων τῶν καλουμένων πλανητῶν — λέγονται δὲ θεῶν εἰναι πέντε*. Leg. λέγεται, θεῶν ε. π.

C. 9. extr. Novitium vocabulum lexicisque igno-

tum extat: τῆς πέζης (τοῦ χιτῶνας), de fimbria, ut videtur, tunicae. Vide quos laudant interpres Hesychii.

C. 13. διὰ τὸ εἰς μέσην τὴν φύγειν γοργόνος πρόσωπον ἔχειν, locutione Scholiastis digna. Heynius hanc striplinginem ex antiquo poeta profectam putavit. Ibidem διπλασίον significat superiorem, satis insolenter.

C. 20. vitiose ὑπὲρ μὲν τὴν κεφαλὴν τοῦ κριοῦ πειμένον.

C. 21. soloece ἐπ' αὐτῷ ἐλθωμεν. Sic Schol. Soph. Electrae 729. ὅτι ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ δρόμου παρελεύσεται.

C. 22. τηρήσας δὲ ἡ Ιερεὺς ἐκ τῇ παραδόσει, quod τὴν παράδοσιν dicendum fuerat.

C. 23. insolens locutio ἐπαγμαίνουσας καθ' ὥραν. Obscurius dictum est c. 24. ἐπαγμασίαν δὲ ἔχει ἐπὶ τῷ ἐπείνου ουμπτώματι, δυομένη καθ' ὥραν.

C. 24. mendosa forma Αἴτιαντηρίδων, non recte a Munckero ad Hygin. II, 7. et Valckenario ad Schol. Eurip. Phoen. 162. emendata; neque ex Theone ad Arat. 269. ἐπάχορδος δὲ τὸν αὐτην, ἣν Ἐρμῆς κατ' ἀριθμὸν τῶν πλανητῶν ἐκ χοιλίης κατασκευάσας Ἀπόλλωνι δέδωκεν· sine temeritatis nota potest tentatio deponi. Videtur analogia similiūm ex deteriore Graecitate nominum, qualia enumerat Heristerhusius. ad Plutum p. 482, defensionem praestare \*). Deinde δέδωκεν, ut Theo, quem ad modum recentiores scriptores perfecto abuti solent. Iterum c. 25. καὶ τότε κύκνος γέγονεν.

C. 26. ἴππαμενος. c. 30. ἴππαντας et καθητάμενος, quo scriptorum ante Chr. n. nullus reperitur usus: v. Lebeck. ad Phrynic. p. 325 sq., qui quem laudat Aristotelem, hac culpa immunis censeri debebat. Sequitur eiusdem coloris vox ὄρθοπύγιον, repetita c. 41,

\*) His si quid roheris inest, πλυντηρίδες apud Photium v. λουτρόδες contra Blomfieldii ad Callim. lavacr. Pallad. i. conjecturam tuendam erit. Conferendum etiam Alexidis vocabulum Αἴτιαντηρίδες apud Athen. IV. p. 137. D.

imperitis ab Ammonio p. 25. tributa, a Moeride p. 282. Atticis ab indicata, quorum interpres nonnisi ex Glossariis nomen vitio creatum firmare potuerunt.

C. 26. τέτευχεν ἀθανασίαν, non optima illud terminatione prolatum. Machonis quidem usus ap. Athen. XIII. p. 581. E. auctoritatem non conciliabit, neglectus ille a Lobeckio p. 359.

C. 30. δι' ὅσον plane falsa est formula, pro eo quod saepius παρ' ὅσον dicitur.

ὥς ἦν καθιεπάμενος, fere ut volans, ex usu probatorum auctorum non videtur dictum; Scholiastae quidem, praesertim Aristophanis, aliquie sermonis minus elegantis, veluti Strabo, saepius usurpant. Geograph. fr. CXXII. iure, opinor, exemptum est.

C. 31. τοῦ Ποσειδῶνος βουλομένου τὴν Ἀμφερί-  
την λαβεῖν εἰς γυναικα, quae formula deterioris est  
notae. Videndi v. c. Scholiastae, hoc soloecismo valde  
delectati, Eurip. Hecub. 125. 815. Paraphr. Orest. 19.  
Schol. ib. 1648. Argum. II. Phoen. Paraphr. Phoen. 7.  
Schol. ib. 77. Aeschyli S. Th. ἀ. 141. Aristoph. Pluti 346.  
Jen. Soph. Electr. 115. Pind. Nem. II, 9. VI, 7. (coll. 94.  
explicandum) ne exempla Novi Testamenti commemorem.  
Fallitur Kannius, Cononis c. 17. ἄγεται εἰς γυναικα  
veratus, sine exemplis eam locutionem esse prolocutus.  
Cf. Schaeferum ad Arist. Plut. p. 490, qui vulgatam le-  
ctionem postponens non debebat. Similiter Schol. Clark.  
Platonis ap. Dobracum addendis ad Ran. 1337. p. 126.  
καὶ Ἀρχαιος Ἰχθύσιν εἰς σκυτέα αὐτὸν σκώπτει. Proinde  
nihil erat caussae, cur apud Athenaeum Hegesandri lo-  
cutione (X. p. 444. D.) εἰς κυβεντήν σκώπτων τὸν Ρόδο-  
γώντα tentaretur; cum praesertim apud eundem XIII.  
p. 580. E. Machonis extent verba, ἐσκωπτειν εἰς Ἀδε-  
νην. Est hicce perversus praepositionis εἰς abusus ex  
similibus fortasse structuris profectus, quas recenset  
Hemsterhusius ad Plutum p. 361, ubi alia dedit Do-

braeus. Idem etiam apud sublestiores Romanorum scriptores reperias. Hyginus fab. 10. Hanc habuit in coniugem.

C. 32. *δοθῆναι δὲ αὐτῷ δωρεάν, ὥστε ἐπὶ τῶν κυμάτων πορεύεσθαι, ubi ὁῖτε a Graecitate abhorret.*

*όμοιώς καὶ τὸ θηρίον, τοῦ εἶναι μημόσυνον καὶ τῆς πράξεως, quomodo genitivus tantum a recentioribus impense adhibetur \*), ut praeter locos per N. T. frequentes haec demonstrant: Pausan. VII, 15. p. 569. τοῦ πρόσω πρᾶς κωλύειν. Athen. XII. p. 518. C. Charles ibid. p. 538. D. Pollux I, 86. Schol. Enip. Hecub. 38. 40. 185. f. 835. f. 1134. Arist. Equit. 561. 785. Vesp. 149. Pind. Gott. Pyth. V, 101. Nem. I, 64. VII, 16. unde fluxit interpolatio Nub. 1109.*

C. 34. *ἰστιν εὑρεθεὶς duplex vitium exhibet, significat enim id quod εὑρίσκεται, quale mendum etiam Athenaeo IV. p. 166. Π. perperam editores affinxerunt; et εὑρεθεὶς recentioris est loquelae, versantis notione, prout apud Schol. Aristoph. Nub. 827. extat, minus intellectum Berglero ad Thesmoph. 779. εὗ τεθεὶς, quod Valckenarius ad Herodot. III, 108, emendavit, nescio quid sibi velit.*

C. 35. *ἐν τοῖς ἀστροῖς εἰσῆχθη, vitiōse dictum. Deinde πρώτη γὰρ αὐτῇ (leg. πιστὸν αὐτῆς) ναῦς κατέ-*

\*<sup>o</sup>) Singula ex singulis exempla attulit Heindorf. ad Plat. Gorg. 50, quae iudicium de Catasterismorum loco non labefactabunt. Post alia protulerunt Matthiae Gramm. p. 777. et Schaeff. ad Bos. p. 708. Evidenter quid sit quod tot exemplis nihil movear, paucis declarabo. Sophoclis igitur Philocteta omitti debuerat; Thucydides qui id locutionis genus frequentat ad eiusmodi quaestitionem nihil valet; Plato, quem plurima peculiarius extulisse constat, neque saepe adhibuit, neque testis singularis prorsus reuin deciderit; ceteri sunt numerus. Sed Alexis ap. Athen. X. p. 431. E., optimi sane auctoris, versus istam non omnino efflagitant interpretationem. Ratio utique Graeci sermonis cum in siinili sententia τὸ infinitivo praepōni iuberet, nonnisi pruritu rerum novarum usas minus legitimus obtrudi poterat. In Catasterismorum autem loco reliqui auctoris solecismi ambigui nihil relinquunt.

σκευάσθη, καὶ ἀρχῆς εἰπονήθη, quorum ἀρχῆς εἰ  
pedestris auctor sermonis qui quidem in numero sit  
nullus exhibuit: v. Phrynicum p. 93. notamque Lo-  
beckii; εἰπονήθη autem nisi depravatum fuit ex εἰ-  
πένθη, singularis est forma minusque propria. Tum τὸ  
πέλαγος διείλεται, aequora secuit, nova loquendi ratione.

C. 41. μημόνευμα δώσας pristina lectio ab edi-  
toribus male obscurata est; hic enim barbarismus apud  
deterimum quemque scriptorem reperitur, demon-  
strante Phrynichi interprete p. 721. Compendia enim  
librarii quod ab editora Oxoniensi haud raro intellecta  
non sint, ut c. 2. τοῦ κέρου. 3. διεστώς. ib. Εσπέ-  
ρας, mutandum in Εσπερίδας. 16. τοῦ δίφρου. 24. δὲ  
ἔκαστης πήχεος. 29. Ἀπόλλωνα, ista hanc in rem ob-  
servatione arbitror neminem abusurum: valet enim ad  
dictiones manifestae corruptiae suspectas.

Quod praecessit διψάν nequit antiquissimi scripto-  
ris testimonio comprobari; Aristotelem enim eo usum  
fuisse valde incertum est.

C. 42. πρῶτος — ἐκείνου adeo a vulgari structura  
abhorret, ut etiam Valckenarius ad Schol. Eurip. Phoen.  
468. in verbis πρῶτος λέγειν Ἐπεοκλέους offenderit ea-  
que mendosa declararit. In Scholiasta quidem non  
noverim. Argumentum II. Phoen. ὁ τοῖνυν Ἐπεο-  
κλῆς, ἦτε πρῶτος ὡν τοῦ ἀδελφοῦ. Schol. Hecub.  
454. πρῶτον τῆς δάφνης. Sallustius philosophus c. 8.  
ἔστι δέ τις δύναμις, οὐσίας μὲν δευτέρα, ψυχῆς δὲ  
πρώτη. Alia suppeditat Musgravius ad Soph. Antigone  
extremam, alienis tamen admixtis. Sed apud Me-  
nandrum Athenaei T. I. p. 277. non debebat ab edi-  
tore τῆς οὐσίας cum insequenti πρῶτον coniungi; eun-  
demque errorem idem repetiit XI. p. 505. C. v. supra  
p. 65. Idem de voce ὑστατος dictum existimes, ita ut  
apud vetustum auctorem non liceat v. c. ὑστατος ἀλώ-  
τος coniungere.

## II. COLLATIO HYGINI ET CATASTERISMORUM.

C. 1. initio capitia Hyginus hanc sententiam Graecis omissam habet; a qua non mediocriter esse dilectam propter utriusque consimilem naturam. Apud eundem omnia multo pleniora et absolutiora leguntur. Denuo in Graecis omissa sunt quae ex Amphide commoediarum scriptore (fortasse Antiphane) apud Hyginum de caassis transmutatae Callistus reperiuntur, haud facile ab eo qui ista in Graecia desideratus fuisset suppleta. Praeterea dimidium caput Hyginianum, non sine quadam eruditio[n]is dote conscriptum, totum Catasterismis deest; contra enumerationem stellarum ut alibi tertio ille libra reservavit. Quae cum apud Theonem addatur, p[ro]ncis corruptis, qui historiani fere iisdem verbis tradidit, nihil prius subit, quam Catasterismorum auctorem aliquanto familiarius etiam Arati Scholiasten in consilium adhibuisse.

C. 2. longe minutiora Hygino praebet. Insuper auctoris turpe erratum circa narrationem Arati de Heli[ce] recte detectum Koppliers. p. 99 sq., violenta emendatione, sed frustra adiuncta.

C. 3. Hyginus in fine aliquanto auctior est.

C. 4. mutato ordine Hygin. II, 6, qui quae eruditissima profert, ea omnia auctor Catasterismorum omisit.

C. 5. ap. Hygin. II, 5. Qua ratione personatus ille Eratosthenes in opere suo concinnando versatus fuerit, satis manifesto perspicere licet exemplo: quae enim Hyginus habet inter primam et secundam sententiam: sed, ut ait, qui Cretica conscripsit, quo tempore Liber ad Minoa venit, cogitans Ariadnen comprimere, hanc coronam ei muneri dedit; qua delectata non recusavit conditionem stupri: haec igitur omnia omisit. Etiam reliqua fere ab Hygino exposita desiderantur.

C. 6. Hygin. II, 14. longe plura praebet.

C. 7. ab Hygino II, 26. fere in omnibus discrepat.

C. 8. Ne hic quidem magnopere inter utrumque convenit; at vero de Erigone et Icaro, quorum fabulam Eratosthenem exposuisse certissimum est, Catasterismi nihil omnino edocent.

C. 9. fere eadem, sed aliquanto fusius Hygin. II, 25, memorans illic omissum: Nonnulli etiam Erigonem Icarii filiam dixerunt, de qua supra diximus. Inter illos fuit etiam Eratosthenes.

C. 10. exordium tantum habet cum Hygino II, 22. commune.

C. 11. paucis immutatis apud Hyginum II, 23. fere legitur, qui alias caussas proposuit.

C. 12. maximam partem etiam apud Hyginum II, 24. extat, sed in fine capitinis memoratae stellae, πλόκαμος (πλόκαμος Valck. ad Callim. Eleg. p. 36.) Βερσηνής Εὐεργέτιδος, accurate ab Hygino enarrantur; neque illic allatus Eratosthenes quidquam nos simile Catasterismis docet.

C. 13. Initium eodem quo ab Hygino II, 13. modo expositum est, sed in pluribus hic discedit, ita tamen, ut Catasterismis testes Hygini eorumque historiae, ut in epitome, praetermittantur.

C. 14. Initium tantummodo etiam apud Hygin. II, 21. extat, reliqua eiusdem et docta et indocta compendii ille fecit.

C. 15. et Hygin. II, 9. leviter a se discrepant.

C. 16. historiam expositam Hygin. II, 10. praeteriit, additis, quae illic omittuntur: quae propter impietatem, vertente se mundo, resupinato capite ferri videntur. Ea omissio epitomatorem arguit. Ceterum hominis ineruditus est Σοφειλῆς ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής. Sic c. 22. ὡς Αἰσχύλος ἐν Φόρκυσι φησιν ὁ τῶν τραγῳδῶν ποιητής; Hyginiana: Aeschylus tragoeiarum scriptor in Phorcisi, iustum excusationem habent. Tandem c. 36. Σοφειλῆς ὁ τῶν τραγῳδῶν ποιητής.

C. 17. et Hygin. II, 11. *tatis consentinunt.*

C. 18. insignem commisit errorem, equum qui in Helicone Hippocrenem excitarit a Pegaso distinguens: Ζερτος μὲν οὖν φησι τὸν ἐπὶ τοῦ Ἐλκάνος εἶγας ποιήσαντα κρήνην τῇ ὄπλῃ, ἀφ' οὐ καλεῖσθαι Ἰππου κρήνην. ἄλλοι δὲ τὸν Πήγασον εἰναι φασι. Unde quae Hyginus præbet: Hunc Aratus et alii complures Pegasi Neptuni et Medusæ Gorgonis filium dixerunt, qui in Helicone Boeotiae monte ungula feriens saxum fontem speruit, qui ex eius nomine Hippocrene est appellatus: ea in suspicionem cadunt interpretamenti immisgi, quod genuinam voculam eiecerit *equum*. Reliqua fere eadem sunt, sed Hyginus Bellerophontis historiam prolixe tradidit.

C. 19. et initium Hygini II, 20. easdem fabulas narrant, sed Catasterismis deest et ab Hygino additum: Paonam procreasse complures, nonnulli Hedonum dixerunt; et vulgata de ariete fama, ab eodem Hygino etiam fab. 3. enarrata, ac denuo sequentibus fusius exposita. Nec magis cetera capitis Hyginiani Catasterismi tangunt.

C. 20. Hygin. II, 19. quaedam sibi propria habet, alia opusculi auctor, non sane magni momenti, quae quid propositum adiuvent, vix dixeris: καὶ τὸν Νείλον τοιαύτην περιοχὴν ποιήσασθαι τῆς χώρας, ἅμα τῷν ἀσφάλειαν αὐτῇ ποριζόμενον, εἰς δὲ τὸν οπόρον εὑμαρεστέραν ποιῶμενον, καὶ εἰς τῷν τῶν καρπῶν ἀνακομιδὴν εὐχέρειαν ὡρῶν ἐσόμενον (MS. ὥρῶν ἐσόμενα. I. παρεχόμενον.).

C. 21. ne vox quidem cum Hygin. II, 30. congruit, neque ab eodem allata Eratosthenis sententia in Catasterismis reperitur.

C. 22. Eadem Hygin. II, 12. auctior hac sententia: Itaque Graeci Αἴδος galeam dixerunt esse, non ut quidam inscientiam interpretantur, eum Orci galea usum: quae res nemini docto potest probari. Eam pro mere expilator omisit.

C. 23. Singulare caput de Pleiadibus apud Hyginum non extat, sed quae ad auctorem nostrum comparari possint, suppeditat eiusdem II, 21. Quod in fine memoratur, θέσην δὲ ἔχοντις εὐ μάλα πείμεναι, κατὰ τὸν Ἰππαρχον τριγωνοειδούς σχῆματος, videtur ille ex Scholiis in Aratum, quae in ista de Pleiadibus quæstione Hipparchum mémorant, desumpsisse.

C. 24. Multa Catasterismis consentanea cap. 7. initium narrat, reliqua diverse, quae Hyginianis interpolatione non esse admixta, ipse his verbis confirmat: sed ut ad propositum revertamur. Epitomatoris autem artificia hic quoque agnoveris, ut qui mediae orationi intertexta omiserit: Sed alii dicunt, quod initia Liberi sit speculatus, id ei accidisse; quod profecto non de trivio arreptum fuit. Idem c. 6. attigerat: Alii Orpheo a Thraciis mulieribus interfici, quod viderit Liberi patris initia. Cf. fr. XXXI.

C. 25. si quis diligenter cum Hygino II, 8. contulerit, non poterit, opinor, quin Catasterismorum partem maiorem hodie epitomen Hyginiani operis versari confiteatur.

C. 26. prolixo de Ganymede proposita paucis tangit Hygin. II, 29, alias non vulgares subdens explicaciones.

C. 27. cum initio Hygini II, 28. satis convenit, exceptis quae sequuntur: — ut ait Eratosthenes, hac etiam de caussa eius inferiorem partem piscis esse formacionem, quod muricibus, id est, maritimis conchyliis, hostes sit iaculatus pro lapidum iactatione. At ita Catasterismis vulgatur: διὰ δὲ τὸν κόχλον ἐν τῇ Θαλάσσῃ παράσημον ἔχει ἵχθυς: quorum ista ἐν τῇ Θαλάσσῃ sensu carent. Verum in promptu erat ex Theone ad Arat. 282. (εὗρε δὲ οὐτας τὸν κόχλαν ἐν τῇ Θαλάσσῃ· διὸ παράσημον οὐρανὸν ἵχθυς ἔχει.) sua epitomatori vindicare: διὰ δὲ τὸν κόχλον εὑρεῖν ἐν τῇ Θαλάσσῃ;

*περάσγμον οὐρανὸν ἔχει λ.;* Hygino enim congruere nequit. Deinde teste utitur Ἐπιμενίδη τῷ τὰ Κρητικὰ ιστοροῦντι, quem cui debeat, incertum est; neque enim in Hygini f. 177. de hec cogitari potest. Epimenidem ut videtur historicum affert Schol. Eurip. Phoen. 13. Alteram Hygini historiam omnino praeteriit.

C. 28. et Hygin. II, 27. de eodem fabulam narrant, hic quidem sana ratione, ille ineptissima a nomine proprio sumpta derivatione. Ceterum verba ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἔμενεν et seqq. non levem corruptelam subierunt.

C. 29. tradit, quae Hygin. II, extremo cap. 15, ea que breviora, omissa etiam teste Catasterismis prolati, Herachide Pontico de iustitia. Fusa superioribus Promethei fabulam illic non memoratam enarrat.

C. 30. quas duas affert explicationes reperiuntur apud Hyginum II, 16. qui tertiam iis inseruit, illisque novam in fine subtexuit: quo suspicio de auctore Catasterismorum denuo confirmatur.

C. 31. fere eadem initio cap. 17. apud Hyginum ex parte auctiora: nam quae illic traduntur, καὶ ἔγει πρὸς Ηλειδῶνα, Hyginus accuratius: eique persuasit, ut nuberet Neptuno, et ipse nuptias eorum administravit. Reliqua apud eundem Catasterismis desunt, quibus solis advocatur testis Ἀρτεμίδωρος ἐν ταῖς Ἐλεγέναις ταῖς περὶ ἔρωτος.

C. 32. Summam eorum quae hic traduntur praebet Hygin. II, 34, qui non longe ab initio historiam de Orionis origine propinat, licet ex etymologia vehementer absurdam enatam, adeo tamen insignem et vetustatis nota eminentem, ut non debuerit homini de ipsis hisce fabulis agenti praetermitti. Pleraque eadem omnino ratione qua Catasterismi docet Theo ad Arat. 322.

C. 33. fere eadem Hygin. II, 35, sed omissa et Icarii mentione, ut quem antea epitomator neglexisset,

et Istri auctoritate. Puerile, sed vetustissimum istud dictum, οὐκ ἔχων οὐδὲ ὅ, τι ποιήσαι ὁ Ζεύς, Eratosthenem allaturum fuisse nemo sibi persuaserit.

C. 34. Fere omnia ab Hygino II, 33. tradita, hic desiderantur.

C. 35. Valde turbatum est Hygini II, 37, sed uterque eadem docet.

C. 36. eadem Hygin. II, 31.

C. 37. breviora Hygin. II, 32.

C. 38. aliquanto plenius idem II, 41.

C. 39. Νέκταρ inscriptum, quod ex Θυτῆροιν corruptum. Brevius Hygin. II, 39. sed addens: eam autem Cyclops fecisse; quae cum pluribus aliis ex ipso Eratosthene ad Arati Phaen. 402. a Theone excitantur, nostris Catasterismis ad epitomen redacta.

C. 40. eadem nonnullaque alia Hygin. II, 38. illa enim: ἐφ' ὅν Ἡρακλῆς ψόκει ἐλθεῖν δι' ἔρωτα, φέ καὶ συνεῖναι ἐν τῷ ἀντρῷ, τιμῶν τὸν Πάνα, apertam produnt corruptelam. Unde autem Ἀντισθένης ὁ Σωκρατικὸς ἐν τῷ Ἡρακλεῖ provenerit, latet.

C. 41. initium habet Hygin. II, 40, quo demonstratur, post τοῦτον τὸν χρόνον διψᾶν sententiam excidisse reddentem Hyginiana: ut quamdiu fici coquerentur, corvus bibere non possit, ideo quod guttur habeat pertusum illis diebus. Reliquis inter eaque genuina Eratosthenis explicatione Catasterismi carent.

C. 42. brevius Hygin. II, 36.

C. 43. Hygin. II, 42. ita haec exposuit, ut de compilatione Catasterismorum inde instituta nemo possit sanus dubitare, cum praesertim Eratosthenis sententiae Graecis omissae a Polyhistore Romano afferantur.

C. 44. vulgata circuli lactei explicatio traditur, rariore omissa, ab Hygino II, 43. servata, quae ab Eratosthene litteris fuit unice prodita. Koppiers. p. 130. pleniores olim hunc libellum extitisse inde colligit.

His

His inter se collatis ac perpensis liqueare opinor, non Hyginum, Catasterismos expilasse, sed illi hos originem debere. Quod ut etiam magis perspicuum fiat, de Hygino quaedam disceptabo, ab isto argumento non aliena.

**H**yginum virum eruditissimum ac multipli doctrina censem Augusti aetate vixisse testimoniis veterum constat. Sub huius igitur nomine extant duo opera, alterum *Fabulae*, posterius *Poeticon Astronomicum* inscriptum; quorum *Fabulas* ut hodie leguntur minimis ex illius manu prodiisse et turbatus historiarum orde, et prava, aliquoties barbara Latinitas coarguunt. Sic enim sese habent. Inscriptio nem si respicias, nihil nisi tragoeidarum argumenta exspectaveris: eaque fere ubique stuppeditat prior operis pars. Notavit iam ante Reinesium Var. Lectt. p. 372. Columna ad Ennium, post enique non pauci, adversus quam sententiam aliam, minus tamen pensiculata, opinionem Lessingius proposuit Dramaturg. I. p. 313. Omnem enim de ea redubitationem ipse eximit auctor. Inscripta est f. 4. In Enripidis, f. 8. Eadem (*Antiopa*) Euripidis, quam scribit Ennius; quam quae praecedit, Pacuvianae *Antiopas* sistit argumentum: v. Valcken. Diatriba p. 60. coll. 68. Quod in clariore luce ponunt argumenta cum titulis comparata, quae sine dubio ex dramatis collecta fuerunt. Veluti f. 46. *Ereschtheus*. 64. *Andromeda*. 91. *Alexander Paris* (unde appareat, et fragmentum a Scrivero p. 161. inter incerta relatum ad Ennianum *Alexandrum* pertinere, et in fabula Ennii non de Troiano excidio, quod Columna vult, sed de Iudis actum, quibus Paris pro filio Priami agnitus est.). 101. *Telephus*. 105. *Palamedes*. 106. *Hectoris lytra*. 107. *Armorum iudicium*. 108. *Equus Troianus*. 109. *Iliona*. 110. *Polyxena*. 111. *Mectuba*. 116. *Nauplius*. 121. *Chryses*. 137. *Me-rope*/ a qua fabula posterior pars avulsa est, quae reponitur in f. 184, quod latuit interpretes, non Lessingium

I. l. p. 316. nec Musgravium ad Euripidis Cresphonem. Inscriptiones vero genuinas esse res ipsa declarat contra Schefferum ad f. 121. 151. 152. 249. qui opinione praeiudicata abreptus passim ineptire non vertitur, ut ad f. 159, ubi refutavit Munckerus: neque enim talia librariorum aut grammaticorum ingenio debentur, a quibus si profecta forent, maiorem utique impletura erant numerum. Sequitur altera fabularum sectio, quae varia ex variis notatu non indigna collecta exponit. Huc pertinent fab. 76. 90. 97. 112. — 115. 124. 127. 128. 151. 155 — 163. 173. 182. 183. 221 — 267. 269 — 277. Hic quoque auctores sive laudantur, sive hic illic aliunde eruuntur. Veluti f. 154. Phaethon Hesiodi. 186. Melanippen Desmontis filiam, sive Aeoli, ut alii poetae dicunt. 181. item alii auctores tradunt. 200. Cum Chione, sive ut alii poetae dicunt — . 275. alii poetae dicunt Theseum, tandem f. 127. epitomen Telegoniae ab Eugammonne, cyclico poetâ, conscriptae exhibet. Ista nonnullis suspicionem videntur inieccisse, quam hodieque sunt qui teneant, a Stavereno Miscell. Observ. X. p. 101. Munckero vindicatam, cuius in notis non repperi, immo ab Nic. Heinsio propositam et a Munckero in dissertatione de aetate Hygini ad finem evulgatam: Hygini fabulas maximam partem ex Graecorum et Latinorum Scholiastis compilatas fuisse. At vetustissimorum qui apud Romanos floruerunt Tragicorum quis tandem Scholiastas memoravit? aut Cyclium Graecorum epicum a grammaticis illustratum? Neque huic sententiae Graecarum vocum explanationes congruunt, saepe apud Hyginum obviae, immeritoque ab interpretibus in glossematum relatae locum, ut a Munckero ad f. 126. init.; de quibus si cui quid statuendum sit minus liqueat, verum perspicue f. 7. intelliget. Accedunt vocabula quaedam a vulgari sermone abhorrentia, ita ut ex Scholiastis tamen non provene-

rint. Verbi causa Alcumenta f. 224. 240. Achivi f. 95.  
 101 — 103. 108. 114. alibi. Asclepius f. 161. 202. 224.  
 251. 274. mantis f. 190. Aepolorum P. A. II, 1. 4.  
 Sed quae his longe superior est, ipsius autoritas Hygini  
 eam opinionem refutat. Ita enim ille P. A. II, 12. de quo  
 in primo libro Genealogiarum scriptissimus;  
 quae in Fabulis non comparent. Iterum II, 34. Sed quae  
 post mortem eius (Orionis) Diana fecerit, in  
 eius historiis dicemus. Demonstrant haec sine con-  
 troversia, ab Hygino amplum et copiosum librum, multa  
 opuscula complexum, memoriae traditum, posteaque im-  
 mensum quantum turbatum fuisse. Alterum autem  
 Poeticon Astronomicon opus multo minus ex Scholia-  
 starum rivulis derivabatur, sed praesertim ex Eratostheni  
 Mercurio, tum ex aliis poetis historicisve. Malo-  
 rem certe illius partem Eratostheni deberi, ipso titulo  
 apte mihi colligere videor; cum enim Hyginus ex Ara-  
 teis non multa decerpserit, plura ex pedestris orationis  
 scriptoribus, poetae autem hoc in astronomico genero  
 versati, qui quidem nomen sibi compararint, pauci ex-  
 titerint, restat, ut Eratostheni quem saepius allegat  
 longe plurima operis asseramus: quo etiam magis sen-  
 tentia de loco quem Nostris carmen tractaret supra pro-  
 posita corroboratur. Quae cum ita sint, quaeritur, quid  
 de Fabulis, quales hodie circumferuntur, statuendum  
 videatur. In qua re mirari licet editorum Hygini  
 industria. Novissimus enim interpres, Staverenus,  
 qui Hyginum acervo indoctorum, inutilium, non raro  
 ineptarum notationum cumulavit, nihil omnino, ut qui  
 parasit copiis uti non calleret, protulit; Schelferus at-  
 tem et Munckerus qui praecleram scriptori suo navavit  
 operam longis dissertationibus de aetate Hygini nihil  
 effecerunt. Tanto enizvero non opus erat molimine.  
 Fundamenta Fabularum quae dicuntur Hyginum Augu-  
 sti nequalem lecisse manifestum est, paullatim vehe-

mentissime permixtas et interpolatas fuisse vel indiligens earum usus admonet: reperiuntur quippe etiam gravissima peccata et non mediocres discrepaniae, quae ab erudito historiarum conditore admissa esse nemo sibi persuaserit. Ut fab. 125. Aeolus Hippotae filius cum Hellenis nato confunditur; f. 67. Menoeceum Jocastae patrem pro Creontis filio cognomine adhibet, quod Munckerus frustra defendit allata fab. 242, ubi idem vitium occurrit; f. 240. Clytaenestram Thestii filiam, Ledae f. 77. et 78. dici reperimus. cf. f. 177. et P. A. III, 1. Quae omnia succedente demum tempore perfecta fuisse patet: proinde quaestio de Hyginiani libri aetate supervacanea est. Immo aliud indagandum erat, unde tanta dissipatio et corruptela eum invasisset. Hic igitur commode evenit, ut notitia Dosithei, qui Genealogiam Hygini Graecam in epitomen contraxit, ad nos pervenerit, primum a Stavereno Miscell. Observ. IX, 3. p. 413. sqq. proposita, mox diligentius explicita a Valckenario iisdem Observ. X. 1. p. 108. sqq. (sive Opusc. I. p. 237. sqq.) Jam Grammaticus de opere suo ita disserit: — Ὡγίου Γενεαλογίαν πᾶσιν γνωστὴν ματέγραψα, ἐν ᾧ ἔσονται πλείονες ιστορίαι διερμηνευμέναι ἐν τούτῃ τῷ βιβλίῳ; igitur Genealogiae complures sese historias convertisse. Hisce duo lucratur observata, haud sane nihili pendenda. Primum libros Hygini genealogicos, quod deinde perniciem iis intulit, ab omnibus adeo fuisse tritos, ut Graecus iste magistellus donaverit sermone vernaculo, quod non exercitationis caussa, sed in ipsum puerorum usum factum appareat. Recte Valckenarius p. 111. (240.) omnia Graece et Latine a magistro conscripta pueris erudientibus inserviisse ex variis indiciis certo constat. Graecene Hyginus scripsaserit, an vero Grammaticus Hygini verba Latina in Graecam linguam versa descripserit, quae Stavereni dubitatio est p. 414, illi relinquatur.

Jam oliters opinor, quale Hyginianum opus antiquitus extiterit. Quippe dictum erat studiis puerilibus, quae in legendis poetarum et Graecorum et Latinorum monumentis versarentur, omniaque fabulis illic tractatis admovenda suppeditabat: quae tum ad Fabulas, tum ad Astronomica spectare putabis. Hanc vel similem sententiam innuisse videtur idem Valckenarius Diatriba p. 138, Hygini fab. 174. olim Attii dramati Latino pro argumento praefixam fuisse suspicatus. Illis supra commemoratis si insignem praeterea locum addidero, nullum opinor dubium residebit. Ait enim Planciades Fulgentius, *sequoris aetatis auctor, Mytholog. I, 26.* Perseum ferunt Medusae Gorgonis interfectorum. Gorgonas volvare dici tres, quarum prima Stheno, secunda Euryale, tertia Medusa: quarum quia fabulam Lucanus et Livius scripserunt poetae, grammaticorum scholaribus rudimentis admodum celeberrimi [Herat. Epp. II, 1, 69 sq. 2, 4.], hanc fabulam referre superfluum duximus. Alterum hinc erendum pertinet ad scriptorem Catasterismorum, qui eadem, qua Dositheus ac sine dubio alii, ratione ex Poetiken Astronomicon libris, quae sibi conducibilia deprehenderet, maxime Eratosthenis sententias captans, nonnullis praeterea subordiis usus; Graecis transtulit verbis: Audias modo N. Heinsium apud Munckerum extrema dissertatione de Hygini aetate: In pervetustis Puteanæ bibliothecæ membranis cum Aratorum Germanici Scholiasten invenissem Latinum, ab edito satis diversum, iamque describendum hunc mihi proposuisse, deprehendi paullo post esse Graecum Arati Scholiasten Latinitate donatum. Quod si clarus aliquanto atque ad nostram magis faciens disputationem quaeras exemplum, extat adhuc plane gemellum, Graecam dico versionem ab Ioh. Lyde de Nigidii Figuli, Hygino fere aequalis, Tonitruali confectam. Ceterum an Scholiasta qui dicitur Germanici, qui accuratis-

sime eadem enarrat, Catasterismos exscripserit, versame  
vice hi illinc derivati sint, nec quidquam iuvat decer-  
nere, neque expeditum fuerit. Sed haec hactenus.

---

I. **I**n initio carminis Aratea adumbrans haec, si quidem  
composuit, Eratosthenes collocasse videtur. **EPISTOLA  
ATHENAEI I.** p. 2. B.

*Τότε δὲ ἀπομακρύνοις θεοὶ διδόσαιν ἄμεινον·  
ὡς ποὺ φραντὶ ὁ Κνηφραῖος πομητής.* Contra Bentleium  
Schweighaeuserne Callimacho ab iudicat, ut quem Atheneus  
nusquam Cyrenaei poetae significatione declaravit.  
Ut in re dubia fragmentum omittere non*hui*. Ceterum  
memorabilis est locutio διδόσαιν ἄμεινον, ut alibi εἰ  
δίδωμε. Quae ipsa observatio ad alteram tandemque  
lubricam deducit quaestionem, quoniam sensu istud αἴτο-  
μαξιράθος dici potuerit. Athenaeo sane convenienter  
eius interpres, hic quidem Casaubono perspicacior, effi-  
gendi repetendive sensu adhibitum pronunciat: qualis  
significatio quantopere Eratosthenis et ingenio, et poematis  
adversetur, vel sine prolixa intelligitur demonstratione.  
Quod si utriusque auctori satisficiendum est, interpretatio  
a Callimachi fragm. CXXI. (Valcken. Eleg. p. 276.)

*Εἰ δέ τοι τὸν ἐλέγοντι ἐναψήσασθε λατέσσε  
γείρας, ἵν' εὐφημος πουλὺ μένωσιν θεος·*  
adscienda videtur. Gratias ibi Callimacho invocata,  
cuja Elegia manus fragrantes abstergent, variis collec-  
tis auctoribus ostensem dedit Hemsterhusius. Eundem  
sibi quoque usum Deas praestituras arbitror Eratosthenem:  
allocutum illa cum pluribus incitamentis protulisse, nuda  
haec fere sententia existit: qui enim ter poetarum mo-  
numenaria manus admoverint, illa potiore cum iure et  
copia gloriosa vates conciliabunt. *Θεοῖς ut rescribi quest;*

ita existimare utique licet, sequenti versiculo Deorum fuisse mentionem propositam; οὐδὲ quidem etiam simpliciter de Charitibus inferri potuisse, secus ac Lobeckio olim visum fuit, evicerit vel Eumenidum Aeschyll exordium rite explicitum. Proinde Athenaeus cum Eratosthenis uteatur, ad commendationem, non repetitionem operis sui sermonum spectaverat.

II. SCHOL. MIN. IL. ē. 422. Ἐπει τοι καὶ Ἀλαλκομενῆς Αθήνη παρὰ τοῖς εὐ λογιζομένοις ἀπὸ τῆς θύεργειας, η ἀπολάλκευσα τῷ ιδίῳ μένει τοὺς ἐναντίους. Οὐ γὰρ πειθόμεθα τοῖς υεωτέροις, οἵ φασιν ἀπὸ Ἀλαλκομενοῦ τνος εἰργόθαι. Οὐδὲ οἴξ Ερατοσθένης παράγμανσον Ὁμήρου, εἰπόντος, Ερμείας ἀνάητα ἀπὸ Αιακήτου ὄρους· ἀλλὰ ὁ μηδενὸς κακοῦ μεταδοτικός. Lege ex Etymol. M. p. 547, 2., ubi haec omnia prostant, ὅτι ἀπὸ Αιακῆτον ὄρους. Zonaras c. 108. Αιακήτου, ὄνομα ὄρους. Emendandus itidem Scholista Venet. H. p. 181. οὐκ ἀπὸ τοῦ ἐν Αρκαδίᾳ αντροῦ Αιακῆτον προσαγορεύεται καθ' Ὁμηρον ὁ Ερμῆς Αιακῆτος (l. ἀνάητα, ποι. cum Blomfield. ad Callim. h. Diana c. 143. ἀιακήτης.), ἀλλὰ διὰ τὸ κακοῦ μηδενὸς περιττεῖος γεγένθαι. Apertum vero, hoc non de reprehensione, in quam Homerus incurrit, sed explicatione Eratosthenis in medium afferri: ut enim Ἀλαλκομενῆς non, quae hostes arcet, sed Alalcomeneia expositum fuerat, ita Homericum ille Ερμείας ἀνάητα non de Mercurio omnium bonorum auctore (id enim analogiae repugnaret, ipsa forma cum superiore originem ab aliquo indicante, quidquid contra molitur Etymol. M. p. 44, 13.), sed iure meritissimo ab Acacesio monte erundinum interpretabatur. Ac Pausanias VIII, 5. huic sententiae recte sese adiunxit: καὶ Αιακῆς τε καὶ Θυνηῆς \*) Θυνηίαν πόλιν, οἱ δὲ Αιακῆτοι ἔκτισεν. Ἀπὸ τούτοις

\*) Legerim: — Θυνηῆς οἱ μὲν Θ. π., de qua locutione Kouretius ad Gregor. p. 83.

δὲ τοῦ Ἀκάνθου (leg. Ἀκανθοῖον) καὶ Ὁμηρος λόγῳ τῶν Ἀρκάδων ἐς Ἐρμῆν ἐποίησεν ἐπικλησιν. Ut sere Mer-  
dītēs et Merudītōs idem. valent. Idem ibidem c. 36  
extr. magis etiam perspicuam reddit sententiam, ‘Ἐρ-  
μοῦ Ἀκανθαιοῦ ἄγαλμα usque ad sua perdurasse tem-  
pora commēmorans. Apollodorus quequē sententiam  
sine dubia Eratosthenis recepit fragm. p. 421. Nihil  
hic de Homērica geographiae inscītia, quae Casauboni  
fuit sententia ad Strab. VII. p. 299, pronuntiari pote-  
rat, sed in Mercurio poeta illis Deum insigniverat. Mi-  
rabilium errorum congeriem reperire licet apud Achē-  
rum Diatriba p. 20.

III. SCHOL. IL. ḥ. 24. Ζεὺς ἐρυθρεῖς Μαιάς τῆς Ἀτλαντίδος, λαθὼν Ἡραν ἐμίγη, η δὲ ἔγκυος γενομένη ἐν Κυλλήνῃ τῆς Ἀρκαδίας Ἐρμῆν ἐγέννησεν, ὅστις διπ-  
θυμίαν ἔσχε τοῦ κλέπτειν, ὅτι καὶ Ζεὺς αλέψας τὴν Ἡραν ἐμίγη Μαιά. καὶ δήποτε τῆς μητρὸς μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτῆς λονομένης, λαθὼν ὑφείλεσθαι τὰς ἐσθῆ-  
τας. γυμναῖς δὲ ἐκεῖναις ἡπόρουν τι πράξασι (Vener. ἀκ-  
πράξωνται), γέλωτα δὲ διὰ τοῦτο Ἐρμῆς κινήσας (V. ποιήσας, quod vulgarius.), ἀπέδωκεν αὐταῖς τὰς ἐσθῆ-  
τας. ἐκλεψε δὲ καὶ τὰς Ἀπόλλωνος βούς. η ἵστοροί παρὰ Ἐρατοσθένει. Argumentum illud, quia etiam Iuppiter Iunonem latens cum Maia rem habuerit, Mercurium  
esse furatum, sine dubio Eratosthenis est; similia prae-  
bet Callimachus h. Dian. 22 — 24. Ceterum hae sup-  
plenda sunt ex Achille Tatio p. 146 (fr. LIII.), qui non  
solum Herculem, sed etiam Mercurium duce Erato-  
sthene Iunonis lac suxisse refert. Sententia enim Achil-  
lis sine controversia non haec est, Iunoni raptum Mer-  
curium a se removenti lacteum circulum acceptam tu-  
lisse originem, sed potius deum eodem quo Hercules  
modo uberibus deae admotum fuisse. Unde Hyginus  
(fr. LII.) erroris redarguitur, neque enim causam or-  
bie lactei utrique, sive eodem sive diversis locis, auctor

attribuere potuit. Haec tum alios latuerant, tum Heynium in Epistola Catasterismis praefixa versus finem.

IV. SCHOL. APOLLONII RH. III, 802. Φωριαμόν, οὐν τὴν κοτίδα λέγει. Σαφὲς δ' ἐκ τοῦ ἀνθεμένη ἐπὶ γούναισιν. Ἐπυμολογεῖ δὲ τὴν φωριαμόν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ.

Φωριαμόν δ' ὄνόμημαν, ὃ μιν αὔθε φώριον ἔγοην: ἐκ τοῦ φωριαμὸς κικλήσκεται ἀνθρώποισιν.

Alli grammaticorum derivationem Eratosthenis minime improbandam alteri longe deteriori, ab Herodiano prolatae, postposuerunt: vide Zenaram c. 1834. et qui ibi afferuntur \*). Cum autem nisi de Mercurio furato ista dici nequirent, ὄνόμημαν legendum est; μιν ad quem spectet, demonstratore eget. Sed ea mentio praeclara clandestina sequentium fragmentorum apud Atheneum componendorum admonet non obscure.

V. ATHENAEUS V. p. 198. D. (καλοῦσι δ' ἀρσενικῶς τοὺς αὐλῶνας, ὡς περ Θουκυδίδης ἐν τῇ δὲ καὶ πάντες οἱ καταλογάδην συγγραφεῖς· οἱ δὲ ποιηταὶ θηλυκῶς.) Ἐκδεκτέον οὖν καὶ τὸ παρὰ Ἐρατοσθένει ἐν τῷ Ἑρμῇ θηλυκῶς εἰρῆσθαι·

βαθὺς διαφύστας αὐλάν·  
ἀντὶ τοῦ βαθεῖα. παθάπερ λέγεται θῆλυς ἔέρση. Potuit in historia de bobus sublectis occurrere.

VI. PLUTARCHUS de sollertia animali. p. 681. D. Τὸ δὲ τοῦ ἀνθίου θαυμασώτατὸν ἔστεν, ὃν "Ομηρος ιερὸν ἰχθύν εἰρηκεν. καίτοι μέγαν τινὲς οἴονται τὸν ιερὸν, παθάπερ ὁστοῦν ιερὸν τὸ μέγα, καὶ τὴν ἐπιληψίαν, μεγάλην νίσσον οὖσαν, ιερὰν καλοῦσιν" ἔνιοι δὲ ποιῶσι τὸν ἄφετον καὶ ιερωμένον. Ἐρατοσθένης δὲ τὸν χρυσόφρων ἔστεν, Εὐδρομίην χρύσειον ἐπ' ὄφρύσιν, ιερὸν

\*) Vix crederes haec Scaligeri in Varron. p. 55. Arca, quod arcebantur fures ab ea clausa] Sic Graeci φωριαμόν, παρὰ τὸ τοὺς φωρας εἶργεν; cum tamen Eratosthenes ex contumelitia fabula deducat originem, etc.

*ἰχθύν, λίγειν.* Tetigit Hesychius v. *ἰερὸς ἰχθύς.* Sed omnia longe copiosius exponit ATHENAEUS, accuratius etiam hoc fragmentum memorans VII. p. 284. D. καὶ Ἐρατοσθένης δὲ ἐν *Ἐρμῇ φρασι*.

*Ἄγρης μοῖραν ἔλειπον, ἔτι ζώοντας ιούλους,  
ἥ γενεῖται τριγλην, ἥ περικάδα κίγλην,  
ἥ δρομίην χρύσειον ἐν ὄφρύσιν οιρὸν ἰχθύν.*

Monet Schweighaeuserus post Dalecampium, *ιούλους* hic pisciculos esse, alias *ιουλίδες* vocatos, ut apud Athen. VII. p. 304. extr. Ut etiam Synesium vocabulo epist. 4, p. 165. C. ἐντεῦθεν ἰχθυώμενοι ζῶμεν ἡμίραν ἐβδόμην ἥδη, οἱ μὲν ἐντελεῖς μυριάνας τε καὶ καράρους εὐμεγέθεις αἰροῦντες, τὰ δὲ μειόνατα ἐπὶ κωφίοις εὐτυχεῖ (cf. Eurip. Ion. 1426. Ruhnk. ad Tim. p. 121. extr. sqq. contra Petavii suspicionem.) καὶ *ιούλοις*. Deinde pro vulgatis ἥ γε *νειήτην* praecente Dalecampii versione (barbatum nullum) ex MSS. idem reposuit ἥ γενεῖται, coll. Sophrone ap. Athen. VIII. p. 324. F. τριγλαν γενεῖται. Sed alia hic observanda restant. Primum ex Plutarcheis ἐπ' pro ἐν reponendum erat. Iam particulae disiunctivae si genuinae forent, corrupielam verbo *ἔλειπον* inherentein arguerent; at quemcunque confinxeris sensum, non amplius singularia si distincte ab illo *ιούλους* sciungas quadrabunt. Utrobiique igitur reponendum videtur: ἥδε γ. τ., καὶ π. κ., καὶ δρ., mendis sive confusione vocabulorum ἥ et καὶ frequentissima, sive interpolatione propter numerum pluralem instituta, enatis. Atqui pluralis significatus saepe numero nominibus alterius terminationis exprimitur, quocirca voces utroque numero appositae sermoni exornando passim inserviunt. Ipse Eratosthenes pedestri oratione Geograph. fr. CXX. Strabonis p. 767. φοίνικας ἔχουσα ὄλιγονς, καὶ ἀκανθαν καὶ μυρίην καὶ ὄρυκτά ὕδατα. Aristoph. Av. 159. sq. τὰ λευκὰ σῆσαμα, καὶ μύρτα, καὶ μύκηνα καὶ οισύμβρια. Callimach. h. Cer. 28.

Ἐν πίνυς, ἐν μογάλαις πτελέαις ἔσαν, ἐν δὲ καὶ ἄλιγας,  
ἐν δὲ παλαιάς γλυκύμελαι: cui simillimum epigramma  
laudatum a Schaefero ad Bos. Ell. p. 669. κότινος,  
μῆλα, σέλινα, πίνυς. Quae Antiphanes ita protulerat:—  
φάδ μὲν καὶ πέμπα καὶ τραχύμα, γυμνήριον, Αθηνεύς  
XV. p. 667. D. his repetit: ὥα γάρ ἐστι καὶ πεμφτία  
καὶ τραχυμάτια. Ex multia itum tantummodo Ari-  
stophania locum subiungam, Eccles. 470. Ἰμάτια, χρναῖ,  
σφρύνειον, διπλώματα. Unde emendandua Anaxilas ap.  
Athen. IV. p. 183. B.

Ἐγὼ δὲ βιαρβίτονος τειχόρρεως, πηκτίδας,  
κιθάρας, λύρας, σπινδαψούς μηχρυόμην.

Lege, σπινδαψόν. Tandem memorabile est, ab Atheneo eadem pagina paullo ante Mercurii mentionem  
duos Callimachi versus, non multum ab Eratostheni-  
cis distantes afferri. Καλλίμαχος, inquit, ἐν Γαλατείᾳ  
(fr. XXXVII.) τὸν χρυσόφρουν·

Ἡ μᾶλλον χρύσοιον ἐν (ι. ἐπ') ὀφρύαιν τερὸν ἰχθῦν,  
ἢ πέροις, σσα τ' ἄλλα φέρει βυθὸς αἰσπετος ἄλμης.  
In his et verba ἡ μᾶλλον suspicionem iniiciunt, non  
defendenda ex Ione Chio ap. Athen. III. p. 91. E., et  
nimia quae priori versu cum postremo Eratosthenis  
intercedit similitudo, (non enim poterit huius ipsius  
locutionis repetitio tanquam poëtia sevi Alexandrini  
propria confirmari ex Nicandri Georgicis ap. Ath. III.  
p. 92. D. Ἡτε καὶ δούρεια τόσσα, βυθοὺς ἄτε βόσπετας  
ἄλμης.) Callimachea cum illum in suos usus conver-  
tisse omnium minime sit probabile, persuadet, geni-  
xnam Callimachi sententiam periisse, a librario forsitan  
ad sequentia aberranti obscuratam.

VII. ΑΤΗΝΑΕΥΣ IX. p. 376. B. Παραπλησίως δὲ  
τῷ Ἀχαιῷ καὶ Ἐρατοσθένῃς ἐν Ἀντεριννύῃ τοὺς οὐας  
λαρινοὺς προσηγόρευσε, μεταγαγὼν καὶ αὐτὸς τὰν  
λαρινῶν βοῶν. Ἀντεριννύς carmine Eratosthenis indi-  
cem fecerant, qui colligendis eius scriptorum titulis

operam navarunt, vocem sensu cassam propagare non veriti. Novissimus Athenaei interpres ne verbum quidem. Est medicina fortasse violenta, verisimilis tamen, si reliquos locos quos ex Mercurio Athenaens desumpsit adhibueris: Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ. Ceterum errat Fabricius, Anterinnyn etiam ex Schol. Nicandri Theriac. p. 42. post Galeum afferens Bibl. Gr. IV. p. 121.

VIII. TZETZES IN LYCOPHR. 23. "Ιουλος δὲ σημαιεῖ τεσσαρα, τὸν σκώληκα τοῦτον, τὴν ἔξανθησιν τῶν γενείων, τὴν συστροφὴν τῶν τριχῶν, καὶ τὸν ψυμόν, ὡς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν Ἑρμῇ."

"Η γερνήτις ἐριθος ἐφ' ὑψηλοῦ πυλεῶνος  
Δανδαῖτις στείχουσα καλὰς ἥειδεν ιούλους.

Eadem Tzetzes in Chiliad. XIII, 494, ΕΤΥΜΟΛ. M. v. ιουλος, exhibens ἡ γερνήτις θεὸς — ἐλεῶνος — καλὰς δ. —, SCHOL. APOLLONII RH. I, 972. "Ο μέντοι Ἐρατοσθένης ὄνομα φάδης ἐριθων ἀπέδωκεν ἐν τῷ Ἑρμῇ, λέγων οὐτω· —, δενδαλίδας τεύχουσα, καλὰς ἥειδεν ιούλους. Οὐκ ἔστι δέ, φησὶ Δίδυμος, ἄλλ' ψυμός εἰς θήμητρα, ὡς ὄρπιγγος πυρά Τροιζηνίοις εἰς" Αρτεμιν. Didymi reprehensio nihil valet. Ceterum reponere ex Polluce IV, 53. et Athen. XIV. p. 619. B. οὐπιγγος. Schol. II, 43. καὶ εἶδος φάδης, ὡς φησιν Ἐρατοσθένης. Coniecturæ criticorum hae sunt. Quam emendatioreum affert lectionem Brunckius Lection. ad Anal. p. 111. et ad Apollonii locum priorem: ἡν δ' ἄρα γερνήτις τις ἐφ' ὑψηλοῦ πυλεῶνος, δενδαλίδας τεύχουσα, καλοὺς δ' ἥειδεν ιούλους, nititur Schol. Paris. Rhodii, nisi quod hic πετεῶνος legit. In vulgaris acquievit Valcken. ad Adoniaz. p. 373. B., non Jacobs. ad Antholog. I, 2. p. 313, emendans ἡν γερνήτις ἐριθος; de carminibus in Cererem idem ablegat ad Callimachi h. Cereris init. interpretem, Spanhemium. Maltbyus nonnisi fando Mercurium accepisse videtur, qui ad Morelli Lex. Pros-

od. p. 476. haec propositum: „Priusquam Tzetzam vidisse, putaram alludi potuisse ad Cererem, et hunc in modum emendare tentaveram:

*ἢ θεὸς ἢ χεροπῆτις (Ceres χεροπῆτις?) ἐφ' ὑψηλοῦ Ἐλεῶνος δαδούχος στείχουσα καλὰς ἡσιδεν ιούλους.*

Etiannum latet error in v. Δανδακτις. Potest esse feminae nomen proprium prave conscriptum". Vix commemoratione digna est Naekii coniectura schedis criticis extremis: *ἢ χ. ἔ. —, δευδαλίδας τεύχονος ἀπαλάς, ἡσιδεν ιούλους.* Haec hactenus. Jam initio prioris versus Brunckii lectionem esse genuinam, perpendenti, narrationem non potuisse plane singularem ab Eratosthene afferri, ideoque superioribus annecti debuisse, affatim liquesbit. Sed magis de sensu quaeritur fragmenti; namque istiusmodi carmine de opifice praeparando in hordeo versanti vel obiter dictum fuisse, omnino fidem excedit. *Δευδαλίδας* quidem Hesychius diserte agnoscit: *δευδαλίδας οἱ μὲν ἄνθες τι· ἄλλοι τὰς λευκὰς πάχρυς· οἱ δὲ τὰς ἐπτισμένας πριθᾶς πρὸ τοῦ φρυγῆναι· οἱ δὲ τὰς ἐκ πριθῶν μάζας γενομένας.* Memorabilis sane haec opinionum diversitas, nec nobis, suppetente licet Nicocharis versu ap. Athen. XIV. p. 645. C., facile dirimenda, in tanta testium penuria; aliquatenus tamen dirimet, qui *στείχουσα* hic sensu carens, cui Brunckius non aptissimum *τεύχονας* substituit, probabiliter, historiarum statu scite informato, emendaverit. Interim non videtur de eo dubitari posse, quin pro τεῖς ex Etymol. M. *θεός* (haec enim vox quantopere corrumpi solet, neminem fugit) pro monosyllabo habendum restituatur, dictumque de Maia existimetur, quae servili munere ipsa fungeretur. Ceterum *καλὰς* non recte Brunckius reiecit, Athenaeo XIV. p. 619. B. femininum genus defendantem.

IX. SCHOL. DIONYSI THRAECI p. 654. extr. sq. *καὶ βανύός, ὅπερ κατενῶς μὲν ὀξύνεται, οὔτενός δὲ βαρύνε-*

τοι. σημαινει δὲ τὴν κάμινον (Schol. Aristoph. Acharn. 86. βαύνους δὲ λέγον τὰς καμίνους.), ὡς παρὰ τῷ  
Ἐρατοσθένει·

μέσον δὲ-ἔξαντα ταῦνόν,  
ἥγουν υψηλήν. Leg. υψηλή.

X. EPITOME ATHENAEI I. p. 24. B. Οἱ δὲ νεώτεροι  
καὶ ἐπὶ τοῦ πληρωθῆναι τιθέασι τὸ πάσανθα. —  
Ἐρατοσθένης·

οὐταλέα κρέα  
ἐκ τέφρης ἐπίσαντο, τάτ' ἀγρώσσοντες ἔλοντο.

Eurip. Cycl. 245. πλήσουσιν οὐδὲν τὴν ἐμὴν ἀπὸ ἄν-  
θρακος θερμῆν. Hinc poterunt nonnulli versus apud  
Athenaeum suppleri, de qua medela dubitationem exi-  
met Diphilus VI. p. 231. A. οὐτῶν ἐπήσι σωρὸς ἀπὸ  
τοῦ τηγάνου. Philetaeri igitur vel Nicostrati versus III.  
p. 108. C., quos Porsonus Advers. p. 65. alieno in metro  
illigavit, nihil offensus istis οὐπίσιν ἀπὸ τηγάνου, ita  
videtur redintegrandi esse. Vulgatur: Οὐποτέ αὐθις  
οηπιαν ἀπὸ τηγάνου τολμήσαιμι φαγεῖν μόνος. Re-  
voca litteras fugitivas ac dispone:

— Οὐτὴν οὐποτέ αὐθις οηπιαν  
ἀπὸ τηγάνου ἐτόλμησ' ἀν ἐμφαγεῖν μόνος.

Elmsleii observationem, quae eiusmodi elisioni, <sup>αν</sup>  
semente, possit obmoveri, nihil moror, utpote ab ido-  
nea ratione destitutam, quantumvis nonnullis proba-  
tam. Eodem modo principium versus Pherecratei VI.  
p. 228. E. exciderat. Praeterea in Diphili fragmento IV.  
p. 132. D. coniungenda sunt ἀπὸ θερμοῦ ἀποζέσας.

XI. Hesychius: Ἡδυντῆρες οἱ ἀλεγ. Ἐρατοσθέ-  
νης. Pollux VI. 71. ἐκαλούντο δὲ καὶ οἱ ἀλεγ. Ἡδυντῆ-  
ρες διὰ τὸ ὥδύνειν.

Qui his octo fragmentis aptam invenerit fabulam,  
facile explicabit.

XII. STEPH. BYZ. v. Ἀττία. λέγεται δὲ Ἀττίς θη-  
λυκόν, οὐδὲ γενικὴ Ἀττίδος. οὕτω τὴν χώραν Ἐρατο-

αθένης ἐν Ἐρμῇ προειροφεύει. Igitur Eratosthenes veram eamque ab Aeschylo dudum posteaque a Mythographis adoptatam sequebatur sententiam, ipsam Peloponnesum olim Apiam audiisse: cf. Blomfield, glossar. ad Agam. 247. Ceterum v. notata ad fr. XV, 15.

XIII. CHALCIDIUS AD TIMAEUM p. 156. Pythagoreum dogma est, ratione harmonica constare mundum, coelestiaque distantia congruis et consonis sibi invicem intervallis impetu nimio et velocitate raptatus edere sonos musicos. Quem secutus Eratosthenes, motu quidem stellarum sonos musicos edi consentit, sed ordinem collocationis non eundem esse dicit. Statim quippe post lunam secundam altitudinem a terra dat soli; memorans fabulose, Mercurium commenta recens a se lyra, cum coelum ascenderet, primitus transeuntem per ea, quae motu planetum ad organicum in modum personabant, a se inventae similem, miratum, quod imago a se inventi operis in coelo quoque reperiretur stellarum collocatione, quae causa esset concinentiae: recensere primum se a terra transmisisse lunae globum, post quem superasse Solis, dehinc Mercurii Stilbontis et ceterorum cum splani summa. Extrema corrupta videntur. Fabricium recte haec ad Mercurium rettulisse, docent tum fr. LV., tum Achilles Tatius in Arati Phaenom. p. 136. init. Περὶ δὲ τῆς ἀναρμονίου κινήσεως αὐτῶν (τῶν πλανητῶν) εἰπεν, ὡς ὄφην, "Ἄρατος ἐν τῷ Κανόνι, καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἐρμῇ.

XIV. Idem Achilles Tatius p. 152. Α. οἱ δὲ φυσικοὶ φιλόσοφοι τὸ μεταξὺ διῆκον πνεῦμα λέγουσιν δῖκον. φερόμενται δὲ αὐτοῦ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἐρμῇ λέγων "

*Δεῖτιν μὲν μιν ἔτετμε μετηράσ παντὶ Ὀλύμπιον,  
Ζέατρον ἄπο σφαιρᾶς· διὰ δὲ ἔξονος ἡρήσιστο.*

Habet Fellus p. 46. παντός et ἐπι σφαιρᾶς Brunck.  
Euct. ad Anal. p. 121. Hoc quidem non opus erat: v.  
ad Geograph. fr. LVII. Illic facilias poterat πάντη το-

poni. De Mercurio ἔτετμα dicebatur: vide fragmentum superius. Priora Achillis Tatii illustrat Theo ad Arati Phaenom. 21. Ἰστέον δέ, ὅτι η τοῦ οὐρανοῦ κίνησις γίνεται ἐκ των ἀναδυμάσεων κανὰ τους φυσικούς, αἵτινες ἀναδυμάσεις φυθμῷ τινι αὐτὸν κινοῦσιν. Ceterum de media zona quam insequentibus describit egisse videtur.

XV. IDEM p. 153. init. Περὶ δὲ τῶν ζωνῶν Ἀρατος ἐν τοῖς φαινομένοις οὐκ ἐμνήσθη, ἄλλοι δέ, ὡν καὶ Ἐρατοσθένης, ἐμνημόνευσαν. ib. D. E. sq. de zona torrida: ταύτην δὲ οἱ μὲν ἀστητοί, οἱ δὲ οἰκεῖοθατι λέγοντες μέμνηται δὲ τῶν ζωνῶν τούτων καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ λέγων.

Πέντε δὲ αἱ ζῶναι περιειλάδες ἐπιτείρηνται,  
οἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κνάνοιο,  
ἡ δὲ μία ψαφαρή τε καὶ ἐκ πυρὸς οἰον ἐρυθρή.

Ἡ μὲν ἔην μεσάτη, ἐπέκαντο δὲ πᾶσα πυρὶ \*  
τυπομένη φλογμοῖσιν, ἐπιρασμοὶραν ὑπὲν αὐτῆν 5  
κεκλιμένοι ἀπτίνες ἀειθερέες πυρόωσιν.

Ἄλι δὲ δύο ἐπάτερθε πόλοις περιπετηγναῖ,  
ἀεὶ φρικαλέαι, εἴδ' ὑδατι νοστέουσιν.  
οὐ μὴν ὕδωρ, ἀλλ' αὐτὸς ἀπὸ νέρωνύθεν κρύσταλλος  
κείται ἀναπέσχε, περίψυκτος δὲ τέτυκται. 10

Ἄλλὰ τὰ μὲν χρεσαῖα καὶ ἀμβατα ἀνθρώποισι·  
δοιαὶ δὲ ἄλλαι δάσοις ἐναντίαις ἀλλήλαιαι,  
μεσσηγής δέρεος τε καὶ ὑετίου κρυστάλλου,  
ἄμφω εὔκρητοί τε καὶ ὅμπτιον αὐδήσκουσαι  
καρπὸν Ἐλευσινῆς Δημητέρος· ἐν δέ μιν ἄνδρες 15  
Ἀντίποδες ναίονται.

Ταῦτα μὲν Ἐρατοσθένης.

Priores octo versus allegavit Heraclides allegor.  
Homer. c. 60. (p. 476.) sive Schol. Venet. Il. σ'. 473.  
p. 429. a. ὁ γενν Ἐρατοσθένης καὶ σφροδρότερον ἐν τῷ  
Ἑρμῇ ταύταις διηρρίψασεν εἶτεν· Πέντε — Hos ipsos  
Latine vertit Hadr. Iunius Animadver. III, 6; usus est  
fra-

fragmento Fulvius Ursinus collatione Virgilii cum script.  
Gr. ad Georg. I, 233: uterque post Probum Virgilianae  
imitationis admouentes. Etenim haec PROBUS AD GEORG.  
L. l. Hanc tamen universam disputationem certum est  
Virgilium transtulisse ab Eratosthene, cuius liber est  
hexametris versibus scriptus, qui Hermes inscribitur.  
Virgiliana haec sunt I, 233—39.

Quinque tenent coelum zonae, quarum una torusco  
semper sole rubens, et torrida semper ab igni;  
quam circum extremae dextra laevaque trahuntur  
caerulea glacie concretae atque imbribus atris.  
Has inter mediamque duae mortalibus aegris  
munere concessas divom. Via secta per ambas,  
obliquus qua se signorum venteret ordo.

Ubi Germanicam versuum Eratosthenis dedit Vossius  
versionem. Ex emendationibus plerumque Jos. Scali-  
geri ad Manilium p. 320. edidit Fellus p. 46, quem  
fere sequitur Brunckius Analect. I. p. 477.

1. δέ οἱ Heraclides. περιηγέες idem, non male, cf.  
Arati Phaenom. 23. Callim. fr. 429. non differt sequens  
περιηγήσανται; sensus idem erit: circumcirca versan-  
tes. δυσσίγνυτο Schol. Venet. quod recte Fellus ex-  
hibuit.

2. Hic et versus tertio scribendum αῖ et ᾧ; etenim  
αῖ μὲν — ᾧ δὲ — hic a formula ὁς μὲν — ὁς δὲ — ,  
partim — partim, derivanda sunt. καλαγωτίρου Schol.  
Venet. lectio propter γλαυκοῦ κνάντο recipienda. Ge-  
niuum, ut apud Latinos, Graecis quoque proprieta-  
tum quandam indicare docet Lobeckius ad Phrynic.  
p. 215. et 469. extr. Adde Aristoph. Lysistr. 1132.  
ἢ μάς γε χέριβος, quibus Brunckius ἐν intrusit. Mi-  
tis est Matthiae, qui licet hunc genitivi usum abnega-  
vit, eadem pagina Platonicum εἰναι ἐτῶν τριάκοντα  
attulerat. Hinc explicari debuerat Aeschyli Agam. 1379.  
Ἄλης παλαιῆς ἥλθε, coll. 1659. Etiam apud Lucianum

vulgata Prometh. 7, quibus frusta metuebat Hemsterhusius, καὶ γὰρ ἀλεπτικῆς ὁ θεός, restituenda sunt.

3. Venet. ἔκπνοος cum Heraclide, cui fortasse οἷον molestiam facessiverat. Atqui ᾧς, ᾧστε, οἷον, ᾧσπερ passim enunciatonis veritati aliquid detrahunt Particulae ᾧσπερ eo sensu illatae nonnulla ex Aristophane suppeditat exempla Elmsleius ad Acharn. 195, quibus exime Thesmoph. 869, adde quae etiam ad εἰς et ᾧστε declaranda ex parte valent, Lysistr. 1076. *A.* 180. Aeschyli Agam. 1220. 1274. Eurip. Hipp. 549. Bacch. 543. Heracl. 424. Menand. ap. Athen. T. I. p. 277. extr. Alexin ib. III. p. 118. Δ. versu 17. (ubi ruente metro eam locutionem male obscuratam reperias.) Sosipat. ib. IX. p. 378. F. Callimaachi h. Del. 301. Lysian p. 812. a Brunckio ad Soph. Antig. 260. secus explicituni. Pauca enotavit Heind. ad Phaed. p. 143. Etiam οἷον ita Aristophanes usurpavit Vesp. 136.

οἷον εἰ μὴ ἐφόγησεθ' ύμᾶς,  
ῶ πονηροί, ταυτὴ τῇ  
δαδὸς φρενικοὺς σκεύασω.

cum eoque Alexis Athénæi VII. p. 501. B. Duplicem praestat demonstrationem extremum Geograph. fr. LV. Ut igitur οὐλαιωτέρου, ita hic οἷον imaginem coloris dilutiorem repraesentat.

Ceterum Vossius l. l. p. 121. rubrum et caeruleum colorem, quo Eratosthenes et Virgilius zonas insinuant, ab sphaerae picturis derivatum censet; certe Claudianum 33, 244. versicolorem mundum in texture fingere, quae torridam rubro, reliquas zonas suo quaque colore exornatas exhibeat. Haec quidem ratio non satisfacit, quia sphaera, si modo coloribus distinguerat, per Eratostenem demum, in quinque zonas divisiva (divisionem enim dudum Parmenides instituit) innotuerat, hunc autem omnes posteriorum saeculorum auctores secuti nihil nisi imitari debebant. Immo ex

ipsa re nigrescentes frigidas, igneam contra zonam desumpsait torridam; satis id innuitur Virgiliano: imbribus atris. Ceterum zonarum descriptionem per omnia propagavit Strabo passim libro secundo; veluti p. 96. 111.

4. omittit Venet. πρό in fine addit margo Petavii,  
περὶ πρό recte Fellus.

5. ἐπει ḥά ἐ μ. ἐπ' α. Heraclides. μαυραν Venet. Hinc legendum videtur: ἐπει ḥα ἄνανδοι ἐπ' αὐτήν. Fellus ἐπει ḥά ἐ μ. ὑπ' α. sine sensu.

6. κεκλιμένην Heraclides. κεκλιμέναι Fellus recte.  
7. δύω recte Heraclides. οἱ δὲ ἐκάτερθεν Venet. Ille πόλοιο περιπτεγγίαι.

8. πρυμαλέαι, αἰσὶ δ' ὕδατι μογέονσαι Heracl. αἰσὶ βρυμαλέαι Venet. αἰσὶ φρ., αἰσὶ δ' ὕδατι νοσέονσαι Fellus. αἰσὶ πρυμαλέαι, αἰσὶ δ' ὕδατι μογέονσι Brunckius. Nihil nisi αἰσὶ δ' ὕδατι μογέονσι immutandum erat. Istud αἰσὶ δ' falsum esse hodie démonstratiōnē non requirit, quamvis illius usus nondum caussa sit exposta. Fugit novissimos Sophoclis editores Aiacis 350.

9. δύ μέν recte Fellus.

10. καὶ γαῖαν ὀμπέσχε idem, sed rectius τέτυκτο. Non meliora Brunckius profert: καὶ γαῖαν ὀμπέσχε, περιψυχος δ' ἐτέτυκτο. Glaciem frigidissimam extitisse non erat frigidiore docendum additamento. Proinde non difficulter περὶ ψυκτὸς δὲ τέτυκτο ex more Eratosthenis conieceris (v. fr. LVIII.); sed quale monstrum ἀναστέσχε condat, minime liquet. Sed donec felicius ingenium verum reppererit, nihil vetat emendatiōnēm propōnere: καὶ ταὶ ἀν' αἴροι πάχνησι, id est, ὑνάκειται αἴροι πάχνησι, de cuiusmodi praepositionibus postpositis, praecepsit obviis apud poetas recentiores, conferendus in primis Ruhnkenius ad Callim. h. Apoll. 50. Illud quidem vocabulum, quamvis de statua usitatissimum, potuit non sine vi collocationem iunctinam significare; quemadmodum diversum in sensum Aristophanes no-

vavit Avibus 636. ὅσα δὲ γνώμη δεῖ βουλεύειν, ἐπὶ τὸν τάδε πάντα ἀνάκειται. Volunt igitur voces: glacies constricta iacet, pruinis circumdata: κρύσταλλος et πάγη coniunxit Theognetus Athenaei III. p. 104. C.

11. *χρυσαῖα* agnoscit etiam Blomfield. gloss. Aesch. S. Th. 64, sed illud vocabulum significat a *χέρσος* distat, et distare oportet. Legendum *χέρσος* ἄλλα.

12. *ἄλλήλησι* Fellus. Idem 14. recte εὑρητοί, sed eius ἀλδίσκουσαι non opus est. Marginis Petavii lectionem *ἄλδήσκουσαι*, dudum ab Ursino propositam, Brunkius recte admisit, recteque defendit Schaefer. ad Theocrit. XVII, 78.

15. Vetustam lectionem *'Ελευσινίης* restituit Brunkius; *'Ελευσίνης* recentiores, probatum Diario Britannorum Classico n. 7. p. 236. Vetustioribus Graecis eam formam non abiudicarim cum Hermanno Elem. D. M. p. 44, cum Χάλυβος aliaque eiusdem analogiae nomina, quae etiam maiorem iniiciant admirationem, praesidium ferant; sed quia *'Ελευσινίης* synizesi adhibita tum demum stare posset, si poetae non alia terminatio suppetisset, potius utpote simplicius *'Ελευσίνος* coniiciendum videtur, quod, ne dicam de vocabulis communis complexionis, qualia *Ιθακος*, *Κρίσσος* et similia, neve adiectivi Θρῆς commemorare exempla, ad quod proxime accedit Φρένης Sophoclis ap. Athenaeum p. 183, ipsum illud Αἴας fr. XII. confirmat. Tāν *'Ιδαν* ἔριν eruditissimi poetae, Callimachi, lavacr. Pallad. 18, perperam Bentleius sustulit, cum eoque recentiores editiones. Notus est Ζεὺς Λακεδαιμόνων, unde Λακεδαιμόνων aliquoties pro Λακεδαιμόνιος dicebatur, a Schaefero (qui in Gregorio certe p. 127. τὸν Λακεδαιμόνιον edere debebat cum Fisch. ad Weller. III. a. p. 300.) ind. ad Gregor. Cor. p. 1000. plane repudiatum, tuendum tum observatis Munckero ad Fulgentii Mythol. I, 1, tum Homericō et Callimacheo h. Dianaē 197. *Κύδωνες*, praeter Σιδώνια ab.

Etymologico observatum. Κέρωνθος plurium nomen illustrat Koenius praefatione ad Gregorium. Omnino formae eiusmodi verborum principio a poetis varie pericitatae sensim sensimque in consuetudinem irrepererunt, necessitate quadam ubi non adeo adiectivum effingere in promptu esset retentae. Veluti Coluthus a35. Καρυσίος Ὄχινθου novavit, temere ab Lennepio corruptus.' Addo simillimum Διονύσου ἐξ χορόν, in scolio ap. Athen. XV: p. 695. C. Nonnulla dedit Koenius ad Gregor. p. 108; alia ad Chronogr. fr. XVIII. reperiuntur: quibus reputatis Ἐλευσίνης minus verisimile videbitur, cum praesertim coniectura sit adscitum, ac plane gemellum extet Λεύκοφρος "Ἄρτεμις apud Schol. Aristoph. Eq. 84.

Hisce igitur versibus Tatius anbiungit: ταῦτα μὲν Ερατοσθένης. Idem de zonis denū edisserens, p. 157. C. οἱ δὲ πέντε παρέλαβον, ὡςπερ Ερατοσθένης καὶ ἄλλοι πολλοί.

XVI. Eratosthenis sententiam verisimile est APOLLODORUM III, 8. extr. servavisse: εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες, ὃς Ἀρτεμίς αὐτὴν κατετόξευαν, ὅτι τὴν παρθενίαν οὐκ ἐφύλαξεν. ἀπολομίνης δὲ Καλλιαιοῦς Ζεὺς τὸ βρέφος ἀφπάσας ἐν Ἀρκαδίᾳ δίδωσιν ἀνατρέψεις Μαιά, προσαγορεύσας Ἀρκάδα· τὴν δὲ Καλλιστὰ καταστερίσας ἔκαλεσεν Ἀρκτον. Supplet narrationem RAUDELINIAE VIII, 3. p. 603. Ἀρτεμίς δὲ ἐξ γάριν τῆς Ἡρας κατετόξευσεν αὐτήν. καὶ οἱ Ζεὺς Ἐρμῆν πέμπει, σάσσας τὸν παῖδα οἱ προστάξας, ὃν ἐν τῇ γαστρὶ εἶχεν ἢ Καλλιστώ. Nusquam hanc fabulam repertas. Sed de auctore dubium eximit HYGGINUS fab. 177. Hic ergo septentrio maior, de qua in Creticis versibus (Barthii MS. Cretacis; perspicue legendum, in Eratosthenicis versibus: cf. supra p. 6. not.):

Tuque, Lycaoniae mutatae semine (l. sēmina) nymphae,  
quam gelido raptam de vertice Nonacrinæ

Oceano prohibet semper sa tingere Tethys,  
aussa suae quod sit quandam succumbere alumnæ.  
Haec igitur ursa a Graecis Ἐλιξη appellatur. Haec ha-  
bet stellas in capite septem non claras, in utraque aure  
duas, in armo unam, in pectore claram unam, in pede  
priore unam, in extrema coxa claram unam, in feminine  
posteriori duas, in pede extremo duas, in cauda tres;  
omnes numero viginti. Haec satis ab P. A. III, 1.  
discrepant, nec dubitari potest, cum alieno loco haec  
de stellis expositiæ inserta fuerit, modo autem Eratosthenes  
(nihil enim septentrioni cum Cretico poemate  
est commune) mentionem iniecerit, quin Hyginus  
haec quoque ex illius carmine excerpserit.

XVII. HYGINUS P. A. III, 1. Sed in prioribus  
caudæ stellis (minoris Arcti) una est infima, quæ Po-  
lus appellatur, ut Eratosthenes dicit, per quem locum  
ipse mundus existimatur versari. Reliquæ autem duas  
χορευται dicuntur, quod circum polum versentur.

XVIII. IDEM P. A. II, 3. de Serpenti: Iuno  
dicunt hunc ibi custodem posuisse. Hoc etiam signi-  
erit, quod in sideribus supra eum Draconem Herculis  
simulacrum ostenditur, ut Eratosthenes demonstrat;  
quare licet intelligere, hunc maxime Draconem dici.

#### Erigone.

De Erigona haec Longinus 33, 5. Τί δέ; Ἔρα-  
τοσθένης ἐν τῇ Ἡριγόνῃ διὰ πάντων γὰρ ἀμώμητον  
τὸ ποιητικόν· Ἀρχιλόχου, πολλὰ καὶ ἀνοικονόμητα  
παρασύροντος, κακεῖνα τῇ ἐμβολῇ τοῦ δαιμονίου πνεύ-  
ματος, ἣν ὑπὸ νόμου τάξαι δύσκολον, ἀρα δὴ μείζων  
ποιητής; Inqua hac comparatione missa, de qua su-  
pra p. 110. dictum, illud certe insigni praedicatione con-  
ficitur, egregie exiguum istud argumentum pertracta-  
tum fuisse. Celebritatem quoque maximam obtinuisse  
id demonstrat, quod Hesychius in re admodum vul-  
gari eius carminis vericulum exhibuit decerpsum. Sed

num *Aetnae auctor, canens Athenarum crimen, iam nobile sidus, Erigone,* ad poema Eratosthenis respexerit, in qua sententia versabatur Heynius ad Apollodor. p. 331, dubitate licet.

Erigonae locum indicant PLUTARCHI qui dicitur *parallela minora* p. 307. E. Ο περὶ τοῦ Ἰκαρίου μῆδος, φὶ Λιόνυσος ἐπεξενώθη. Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἡριγόνῃ. Sed prolixius:

XIX. SCHOL. IL. γ'. 29. "Ἐνιοι δέ φασι, τὸν κατηστερισμένον (ante Valckenarium edebatur τόνδε τὸν ο.) Κύνα οὐκ Ἄριανος, ἀλλὰ Ἡριγόνης ὑπάρχειν, ὃν καταπερισσότεραι διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἰκάριος γένει μὲν ἦν Ἀθηναῖος, ἐσκε δὲ δυνατέρα (μονογενῆ add. Schol. Venet.) Ἡριγόνην, ἣτις κύνα νήπιον ἔτρεψε. Ξενίσας δέ ποτε ὁ Ἰκάριος (τὸν inserit Schol. Ven.) Λιόνυσον, ἔλαβεν ἀπ' αὐτοῦ οἰνόν τε καὶ ἀμπέλου κλῆμα. κατὰ δὲ τὰς τοῦ θεοῦ ὑποθήκας περιῆν τὴν γῆν, προφαίνων τὴν τοῦ Διονύσου γάριν, ἔχων σὺν ἔαντῷ καὶ (hoc omisit Valck.) τὸν κύνα, γενόμενος δὲ ἐκτὸς τῆς πόλεως, βουκόλοις οἴνον παρέσχεν. οἱ δὲ ἀθρόως ἐμφορησάμενοι, οἱ μὲν εἰς βαθὺν ὕπνον ἔτραπήσαν, οἱ δὲ περιλειπόμενοι νομίσαντες θανάσιμον εἶναι τὸ πόμα πλήσσοντες ἐφόνευσαν (ἐφόνευσαν Venet.) τὸν Ἰκάριον (aperte genina; etiam Hyginianis; fustibus eum interfecerunt, expressa, neque Luciano (D. D. XVIII, 2. τὸν γοῦν Ἰκάριον, φὶ περώτῳ ἔθωκε τὸ κλῆμα, οἱ ξυμπόται αὐτοὶ διέφθειραν, παιούτες ταῖς δικέλαις.) ignota, vulgatis τὸν Ἰ. ἀπέκτειναν substituit Valck.). μεθ' ἡμέραν δὲ νηψάκτων αὐτῶν, καταγνόντες αὐτῶν εἰς φυγὴν ἔτραπήσαν. οἱ δὲ κύνων ὑποστρέψας πρὸς τὴν Ἡριγόνην, δὲ ὠρυμοῦ ἐμήνυσεν αὐτῇ τὰ γενόμενα (τὰ γεγονότα Venet.). ηδὲ μαθοῦσα τὸ ἀληθὲς ἔαντὴν ἀνηρτησε. Νόσου δὲ ἐν Ἀθήναις γενομένης, κατὰ χρησμὸν Ἀθηναῖοι τὸν τε Ἰκάριον καὶ τὴν Ἡριγόνην ἐνιαυσιαίσις (addendus hic locus iis quae

Lobeck. ad Phrynic. p. 362. sq. collegit. ἐνιαυσίαις Ven.) ἐγέραιρον τιμαῖς· οἵ καὶ καταστερισθέντες, Ἰαρίος μὲν Βοῶτης ἐνλήθη, Ἡριγόνη δὲ Παρθένος. ὁ δὲ κύων τὴν ἑαυτοῦ ὄνομασιν ἔσχεν. Ἰστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ Καταλόγοις. Brevius enarravit Apollodor. III, 14, 7. Fusius Hyginus P. A. II, 4, ubi aliorum variationes bis commemorat, ex quorum sententia fab. 130. historiam exposuerat. De poemate ea quae Scholiasta tradidit derivata fuisse, etiam vox νῆπος de cane usurpata, praeterea ἐγέραιρον satis indicant. Ceterum fabulam minima ex parte protulit de ingenio suo Eratosthenes, eo minus, quod in sacris solennibus fatum Erigonae celerabatur (Pollux IV, 55. ἦν δὲ καὶ ἀλήτις ἄσμα ταῖς ἐώδαις προσαρδόμενον, Θεοδάρου ποίημα τοῦ Κολοφωνίου· et Athen. XIV. p. 618. E. Ἡν δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς ἐώδαις τις (ῳδή) ἐπ' Ἡριγόνη, ἦν καὶ ἀλήτιν λέγουσιν φόδην.). Nomen quidem Icarii nihil nisi ad vinum propagatum alludit; quin Bacchum nonnulli, quos tangit Poeta apud Diodor. III, 65, in Icaro natum perhibuere. Quod vero excogitavit Staverenus ad Hygini f. 130, Icaron insulam in qua Pramnium vinum nasceretur ab illo Icario denominatum sibi videri: satis manifesto tamen vocabuli forma, tum aliae istiusmodi etymologiae, quibus antiqui nimium indulgebant, arguunt, potius a regione vini copiosa heroem carminis insignitum fuisse; ab Icario enim, Attico pago, non facile id factum sibi quisquam persuaserit. Duplicem errorem Stephanus admisit Byzantium: Ἰκαρία, δῆμος Αιγαῖος φυλῆς, ἀπὸ Ἰαρίου τοῦ πατρὸς Ἡριγόνης. Rectius Athenaeus loco memorabili II. p. 40. B. Άπο μέθης καὶ η τῆς κωμῳδίας καὶ η τῆς τραγῳδίας εὑρεσις ἐν Ἰκαρίᾳ τῆς Αττικῆς εὐρέσθη.

Omnis huius argumenti partes offerunt haec fragmenta:

## XX. ANALECTA BRUNCKII I. p. 477.

*Oīnōs τοι πυρὶ ἵσον ἔχει μένος, εὐτὸν δὲ οὐκ ἀνδρα  
εἰλθη· κυμαῖνει δέ, οἷα Λίβυσσαν ἄλλα  
Βορρᾶς ηὲ Νότος, τὰ δὲ καὶ οὐκ ουμμένα φαινει  
βύσσοις θεν, ἐν δέ αὐτῷ πάντα ἔτινας νόοιν.*

Repetit ille inter poetas gnomicos p. 194. Lips.  
Servarunt hos, praeclaros versus ATHENAEUS II. p. 36.  
F. et STOBÆUS Serm. XVIII. p. 163, quorum apud  
priorem τῷ hodieque, apud alterum τῷ olim pro τοῖ  
initio legebatur, quod cum τῷ commutatum ivit, non  
dexterime, Alberti ad Hesychii *υἱρθηπολήρωτον*, qui  
extrema in glossa haec habet: διότι θερμός ἐστι φύσις  
οἱ οἴνοι, ηἱ πυρώδης οἱ οἴνοι τῷ πυρὶ ἵσον ἔχει μένος —  
*Ἐραστοσθένης*. Tres priores versus tacito auctore CLE-  
MENS ALEXANDR. Paedag. II. p. 155. f. ita usurpavit:  
ἐντεῦθεν καὶ ηἱ ποιητικὴ ὠφελημένη λέγει. *Oīnōs δέ,  
οὓς πυρὶ ἵσον ἔχει μένος, εὐτὸν δὲ οὐκ ἀνδρας — Bo-  
ρέης — tandem οὐκ ουμμένα πάντα φαινει*. Indicatus  
est a Bentleio ad Callimachi epigr. IV., quod in Frisch-  
lini editione Erigoneae versus sequebantur, ab illo testi-  
bus collatis sicuti. Sed quae deinceps apud Clementem  
subsequuntur,

*οἴνος ἀμαρτοπής, οἴνος μεθύουσιν ὅλιαθος,  
οἴνος ψυχαπάτης,*

non debebat Heynius ad Iliad. III, 215. eidem Erato-  
stheni tribuere, quae quidem non iam in Erigoneis  
suum poterant locum invenire, Orphico quodam vase,  
quam illo poeta, si ex sermone censendum est, di-  
gniora. Quianam huic fragmento locus assignari queat,  
supra disceptavi p. 114. Conferendus est Panyasis ap.  
Athen. p. 37. A. *οἴνος γάρ πυρὶ ἵσον ἐπιχθονίοισιν  
συειαρ* imprimis ob illud τοῖ Cypriorum auctor: ibi  
p. 35. C.

*Οἰνόν τοι, Μενέλαε, θεοὶ ποίησαν ἀριστον  
δυνητοῖς αὐθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μολεδάνας.*

Ceterum τὸ δὲ vertendum *verumtamen*. Non longe ab istis distitisse videntur, quae excitat:

XXI. SCHOL. NICANDRI THERIAC. 472. εὐ τοι ὅσοις φαίνεσθαι Μοσυχλαῖη φλογὶ ίσον. Buttmannus (Museum d. Alterthumsw. I. p. 299.) coniiciebat εν τῷ ὅσοις, suspecta locutione, hac insuper sententia proposita (p. 306.), Eratostenem, nihil nisi doctum poetam, Antimachum imitando de Mosychlo mentionem iniisse: oblitus, ut videtur, illum et Graeciam invisiisse, et Geographica composuisse. Corriges, sodes:

*Εῦτος, ὃς φαίνεσθαι Μοσυχλαῖη φλογὶ ίσον [οἶνον].*

Iam si animadverteris, hoc cum fr. XXVIII. apud Schol. Nicandri obvium ex Erigona desumptum esse, ad idem poemā etiam tertium referre fortasse non dubites (fr. XXIX.).

XXII. GEORG. CHOEROBOSCUS AD THEODOSIUM ap. Bekk. Anecd. p. 1356. γάννεξ γάννυκος ὁ γανάκτωρ παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει. Vocabulum γάννεξ, hodie apud Graecos scriptores nusquam, opinor, obvium, insolentiore ac magis etiam poetico γανάκτωρ (sic leg.) non potuit explicari: neque enim grammaticorum adeo moris est, obscura obscurioribus illustrare interpretamentis. Jam Bacchus quin eo cognomine fuerit decoratus, cum vix dubitari possit, his ut in re desperata locum constitueris, ita ut lacunae caussa appareat: γάννεξ, γάννυκτος ὁ Διώνυσος. — Διωνύσοιο γάννυκτος παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει.

XXIII. ETYMOLOG. M. p. 170, 47. Αὔροσχάς, ἡ ἀμπέλος. μέμινηται Παρθένιος ἐν Ἡρακλεῖ αὐροσχάδα βόρευν Ἰκαριώνης. Ἐρατοσθένης δὲ ἐν Ἐπιθαλαμιφ, τὸ κατὰ βότρουν αλῆμα. εἰρηται δὲ ἐπαιωρούμενη τις οὐδα δοσχη. δοσχη γαρ τὸ αλῆμα. Titulus cum per se est suspectus, tum illa fr. XIX. ἀμπέλου αλῆμα lacunae hunc locum obsidentis admonet, ita forsitan explendas: Ἐρατοσθένης δὲ ἐν Ἡριγόνῃ. — ετι θαλλο-

μένη τὸν αὐροσχάδαν (vel ἐπὶ θ., praeterea; Scholiasta l. l.: φιλόν τε καὶ ἀμπέλου αλῆμα): τὸ καὶ β. αλῆμα. Ita vītium, quod apud Aeschylum prae ceteris saepe reperitur, ἔργομίαν νέρβιον causā pro ἔργομέντα, hic quoque posueris. Non invenuste αὐροσχάδαν (s. αὐροσχάδας) vītis ramulum designabat, quem ab auris leviter concitum foliis iam inhorrescentem liceret inaudire. Non immērito Schneiderus Hesychium in suspicionem vocavit. Ia enim priore loco: Ἄρασχάδες. τὰ περισυνὰ αλῆματα. MS. τὰ ποννὰ αλῆματα. Legendum: Αὐροσχάδες. τὰ ἀμπέλινα αλῆματα. Deinde: Ἄρεσχαται. αλῆματα. βότρυνες. pro αὐρόσχαται. Harpocrat. v. δσχοφόροι. η δὲ σσχη αλῆμά εστι βότρυνς ἐξηρτημένους ἔχων· ταύτην δὲ ὄρεσχάδα ἔνιοι καλοῦσιν.

XXIV. HESYCHIUS: Ἀγρηνόν, δικτυοειδές, ὁ περιτίθενται οἱ βακχεύοντες Διονύσῳ. Ἐρατοσθένης δὲ αὐτὸν καλεῖ γρῆνυν η γρῆνον. Forte γρῖνυν η γρῖνον. Haud tamen scio an Hesychii locua imperfectus sit, ac fragmentum potius ad librum histrionicum pertinuerit. Pollux IV, 116. τὰ δὲ ἐπιβλήματα (τὰ τραγικά) — ἄγρηνον. τὸ δὲ ην πλέγμα εξ ἐρίων δικτυοειδές περὶ πᾶν τὸ σῶμα, ὁ Τειφεσία ἐπεβάλλετο, η τινι ἄλλῳ μαντειών.

XXV. MACROBIUS Saturnial. VII, 16 ext. In pulmonem defluere potum nec poetae ignobiles ignorant, ait enim Eupolis in fabula quae inscribitur Κόλανες.

Πίγειν γαρ ὁ Πρωταγόρας ἐκέλευεν, ἵνα  
πρὸ τὸν κυρὸς τὸν πνεύμονον ἐκλυτον φορῇ.  
et Eratosthenea testatur idem:  
καὶ βαθὺν ἀκρήτῳ πνεύμονα τεγγόμενος.

Erigonae versum recte attribuit Brunckius Lectt. ad Anal. p. 111. Eupolidis versus alii sanent, adhibito Atheneo V. p. 218, C. PLUTARCHUS de Stoicorum repugnantiis p. 1047. D. (καίτοι Πλάτων μὲν ἔχει τῶν ιατρῶν τοὺς ἐνδοξοτάτους μαρτυροῦντας,) καὶ τῶν ποιητῶν

*Εἰριπίδην, Ἀλκαῖον, Εὔπολιν, Ἐρατοσθένην, λέγοντας, ὅτι τὸ ποτὸν διὰ τοῦ πνεύμονος διέξιτι.* Alcaei versus servavit Athenaeus I. p. 22. E. X. p. 430. B.

*Οἶνῳ πνεύμονα τέγγου· τὸ γὰρ ἄστρον περιτίλλεται·*  
*ἀ δὲ ὥρᾳ χαλεπά· πάντα δὲ δίψαις ὑπὸ καύματος.*  
 τέγγου potius pro vulgato τέγγε erat recipiendum, quam τέγγε πλεύμονας οἶνῳ ex libro decimo. *Δίψαις* autem infinitivus a sequentibus peperit. Compares Horat. Carm. IV, 12, 13. Adduxere sitim tempora, Virgili. Idem Athenaeus Eupolidis versum posteriorem ita adiicit: *ἴνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμονα ἔκλυτον φορῆ.* Ceterum Alcaei fragmentum Sylburgius duudum Theognidis vs. 1040. admovit.

XXVI. Hyginus P. A. II, 4. p. 427. — dicitur hircus in vineam se conieciisse, et quae ibi tenerima folia videret, decerpsisse; quo facto, Icarium irato animo tulisse, eumque interfecisse, ac vento plenum praeligasse, et in medium proieciisse, suosque sodales circum eum saltare coegisse. Itaque Eratosthenes ait:

*'Ικαρίου ποσὶ πρῶτα περὶ τράχων ὠρχήσαντο.*

Valckenarius iis ipsis quae p. 113. proposita leguntur haec subiungit: „Ut sic credam, tum ratio suadet poetatis, olim noti sub nomine *Ηειγόνης*, tum versiculus, quem apud Hyginum obvium ex isto poemate, non e Catasterismis, ut credidisse videtur Scaliger, censeo repetitum. — Ex illis quae praecesserant pendet nomen *'Ικαρίου*, et si ponas, in fine versus antecedentis lectum. ἐφετμαῖς vel simile quidpiam, sensus loci facilis evadet.” Simpliciorem monstrant interpretationem Euripi-dis loca, Iphig. T. 1143. sqq.

*χοροῖς θὲ σταίην, ὅθι καὶ  
 παρθένος εὐδοκίμων γάμων,  
 παρὰ πόδ' εἰλισσονσα φίλας  
 ματρός ήλικων θίασονς — .*

Troad. 151.

ποδὸς ἀρχεχόρον πλαγαῖς Φευγίαις  
εὐκόμποις ἔξηρχον θεούς.

XXVII. STEPH. BRZ. v. Ἀστυ. λέγεται ἄστυ καὶ ὁ δῆμος, ὡς Ἐρατοσθένης ἐν Ἡριγόνῃ (sic cod. Voss. pro Ἡριγόνῳ). εἰς τε δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἔδος. ὅτι δὲ δῆμος Θορικός, δῆλον ἔστι. In versu manifeste depravato codd. Palat. Perus. Voss. εἰ ὅτε δή. Salmasius: εἰς τὸ δὲ (τόδε) τοῦ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἄστυ, qui pentametrum videtur fingere voluisse. Brunkius l. l. εἰςόνε δὴ Θ. κ. Ζ. ἄστυ. Legendum: ἄστυ δὲ δὴ Θορικοῦ, καλὸν ἵκανεν ἔδος.

De Icaro an Erigone dictum fuerit non patet. Ἀστυ hic Eratosthenes usurpavit, uti complures poetae πόλις de insulis etiam praelongis et terris, de quo usu praeclarum Strabonis locum p. 356. videndus Abresch. ad Aeschyl. I. p. 169. sq., ut alios praeteream.

XXVIII. SCHOL. NICANDRI THERIAC. 400. Ἰūγη δὲ φωνὴ τις ἄστιν η βοὴ αἰδιάρθρωτος, ἀπὸ τοῦ συμβαινοντος πεποιημένη. καὶ Ἐρατοσθένης ἐν Ἐριννῃ περὶ κυνὸς λέγων, εἴπειν.

Ίūγης ὡς παύρον ἀπέκλινεν.

Credo ἀπέκλινεν, de Erigone dictum. Neque vero canis ululatus aptè carmini de Erinnye inseri, neque ab Eratosthene illud Ἐριννής inscribi potuit, utpote quod numero singulari, ita ut cunctae Erinnyes significentur, a poetis tantum philosophantibus efferatur. Hoc de singularis sensu collectivo pronunciatum existimes. Eiciendum indice librorum Ἐριννής, et emendandum ἐν Ἡριγόνῃ.

XXIX. IDEM SCHOL. 465. αἴψα δὲ σαρκὶ ταχέως δὲ παρὰ τὴν σάρκα σηπεδόνας ἐποίησε δυσαύτους. αὐται γάρ εἰσιν αἱ πυθεδόνες. "Ομηρος· σέο δὲ ὄντα πύσει σάρουρα. καὶ Ἐρατοσθένης."

— οὐδὲ πελιδναῖ

πυθεδόνες γάστρημαν ὑπέτρεψον νύλοον ἔλκος.

Legerim:

οὐδὲ δέμας πελιδναῖ

πυθεδόνες παρέφηναν, ἐπεὶ τρέφον ο. ε.,

de corpore ut suspicor Icarii vix ab Erigone agnito, ut  
quod dudum dissolutum atque putridum esset.

---

**XXX.** HYGIN, II, 6. Engonasin. Hunc Eratosthenes Herculem dicit, supra draconem collocatum, de quo ante diximus, eumque paratum, ut ad decertandum, sinistra manu pellem leonis, dextra clavam tenentem.

**XXXI.** IDEM II, 7. Lyra. Inter astra constituta est, hac ut Eratosthenes ait de causa: quod initio a Mercurio facta de testudine, Orpheo est tradita, qui Calliopes et Oeagri filius eius rei maxime studiosus. Itaque existimatur suo artificio feras etiam ad se audiendum allicuisse: qui querens uxoris Eurydices mortem ad inferos descendisse existimatur, et ibi deorum progeniem suo carmine laudasse, praeter Liberum patrem: hunc enim oblivione ductus praetermisit, ut Oeneus in sacrificio Dianam. Postea igitur Orpheus ut complures dixerunt, in Olympo monte, qui Macedoniam dividit a Thracia, sed ut Eratosthenes ait in Pangaeo sedens, cum cantu delectaretur, dicitur Liber ei obiectisse Bacchas, quae corpus eius discerperent imperfecti. Sed alii dicunt, quod initia Liberi sit speculatoris, id ei accidisse; Musas autem collecta membra sepulturae mandasse, et lyram, quo maxime potuerant beneficio, illius memoriae causa figuratam stellis inter sidera constituisse Apollinis et Jovis voluntate: quod Orpheus Apollinem maxime laudaret, Jupiter autem filio beneficium concessit. Clarissime hinc intelligitur, quae Catasterismis de causa

Orphei occisi tradantur, ab Eratosthenis fabula longe abhorruisse.

XXXII. IDEM III, 6. Habet autem (*Lyra*) in ipsis testudinibus lateribus singulas stellas; in suminis cacuminibus eorum, quae in testudine ut brachia sunt collecta, singulas; in mediis iisdem, quos humeros Eratosthenes fingit, singulas.

XXXIII. IDEM II, 13. Heniochus. Hunc nos Aurigam Latine dicimus, nomine Erichthonium, ut Eratosthenes monstrat: quem Iuppiter cum vidisset primum inter homines equos quadrigis iunxisse, admiratus est ingenium hominis ad Solis inventa accessisse, quod is princeps quadrigis inter deos est usus; sed Erichthonius et quadrigas, ut ante diximus, et sacrificia Minervae, et templum in arce Atheniensium primus instituit.

XXXIV. IDEM II, 14. Ophiuchus. Complures etiam astrologi hunc Aesculapium finxerunt, quem Iuppiter, Apollinis causa inter astra collocavit. Aesculapius enim cum esset inter homines, et tantum medicina ceteris praestaret, ut non satis ei videretur, hominum dolores levare, nisi etiam mortuos revocaret ad vitam, novissime fertur Hippolytum, qui iniuritate novercae et inscientia parentis erat interfactus, sanasse, ita uti Eratosthenes dicit. Cf. Valcken. ad Hippol. p. 318. b. et Heyn. ad Apollod. p. 279.

XXXV. IDEM II, 15. Ut Eratosthenes autem de Sagitta demonstrat, hac Apollo Cyclopas interfecit, qui fulmen Iovi fecerunt, quo Aesculapium interfactum complures dixerunt. Hanc autem sagittam in Hyperboreo monte Apollinem defodisse. Cum autem Iuppiter ignorat filio, ipsam sagittam vento ad Apollinem perlatam cum frugibus, quae eo tempore nascebantur. Hanc igitur ob caussam inter sidera demonstrant (— at).

XXXV. IDEM II, 16. Nonnulli etiam dixerunt Mercurium, alii autem Anaplaedium pulchritudine Veteris in-

ductum in amorem incidisse, et cum ei copia non fieret, animum ut contumelia accepta defecisse; Iovem autem misertum eius, cum Venus in Acheloo flumine corpus ablueret, misisse aquilam, quae sotcum eius in Amythaoniam Aegyptiorum delatum Mercurio traderet: quem persequens Venus ad cupientem sui pervenit, qui copia facta pro beneficio Aquilam in mundo collocavit. Quae postrema ex Mercurio narrationem fluxisse significant: cf. p. 111. Huc igitur referendum:

XXXVII. POLLUC. VII, 90. Μέμνηται δὲ καὶ Φαικασίου (ὑποδήματος) ἐν τῷ Ἐρμῆ Ἐρωτοσθένης. Πέλμα ποτὶ φάσιτεσκεν ἐλαφροῦ Φαικασίου. Falkenburg. ποδὶ προύεσκε. Salmasius ad Tertull. de pallio p. 384. ποτιζόπατεσκεν; quod non congruit, cum genitivus φαικασίου a voce πέλμα pendeat. Litterula immutata genuinam, opinor, lectionem restituet;

Πέλμα ποτὶ φα πτάσιεν ἐλαφροῦ Φαικασίου.  
crepidam levis Phaecasii advolavit (aquila).  
Praeter alios qui ad Hesychium indicantur confer Aprianum de B. C. ὑπόδημα ἣν αὐτῷ λευκὸν Ἀττικόν,  
δὲ καὶ Ἀθηναῖων ἔχοντις ἵερεις καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ  
παλοῦσι Φαικασίου: quae Alexandrinorum mentio facit,  
ut intelligamus, cur hoc ipsum calceamenti genus Eratosthenes elegerit.

XXXVIII. HYGIN. II, 17. Delphinus. Hic qua de caussa sit inter astra collocatus, Eratosthenes ita cum ceteris dicit: Neptunum quo tempore voluerit Amphitriten ducere uxorem, et illa cupiens conservare virginitatem fugerit ad Atlanta, complures eam quae situm dimisisse; in his et Delphina quandam nomine, qui per vagatus insulas aliquando ad virginem pervenit, eique persuasit, ut nuberet Neptuno, et ipse nuptias eorum administravit: pro quo facto inter sidera Delphini effigiem collocavit. Et hoc amplius, quā Neptuno simulacra faciunt, Delphinum aut in manu, aut sub pede eius

eius constituere videmus, quod Neptuno gratissimum esse arbitrantur.

XXXIX. IDEM II, 19. Deltoton. Hoc sidus velut littera est Graeca in triangulo posita, itaque appellatur; quod Mercurius supra caput Arietis statuisse existimatetur ideo, ut obscuritas Arietis huius splendore, quo loco esset, significaretur, et Iovis nomine Graece Ζιός primam litteram deformaret. Cf. p. 111. et fr. XLVIII.

XL. IDEM II, 20. Aries. Eratosthenes ait arietem ipsum sibi pellem auream detraxisse, et Phrixo memoriae caussa deditis, ipsum ad sidera pervenisse: quare ut supra diximus obscurius videatur. Supplet Hyginum:

XLI. SCHOL. ARATI PHAENOM. 225. *Toῦτον τὸν Κριόν Ἐρατοσθένης εἶναι φησιν Ἑλλῆς καὶ Φρύξου, δῆν θύσας τῷ Φυξίῳ Διὸν Φρύξος, τὴν δοφὰν δὲδωκε τῷ Αἰγάνῃ· διὸ καὶ τοὺς ἀστέρας αὐτοῦ ἀμανδοῦσθαι φησιν ὡς ἐκδιηρέντος. Non exstant ista in Catasterismis, apud Hyginum disiectis obvia membris.*

XLII. SCHOL. GERMANICI ARAT. PHLEN. 173. Eratosthenes dicit, hunc (Taurum) esse, qui coit cum Pasiphae: cuius priores partes apparent, reliquum corpus non appetat propter femineum sexum. Horum ne verbum quidem Catasterismis servatur.

XLIII. HYGIN. II, 23. Dicitur etiam alia historia de Asellis, ut ait Eratosthenes. Quō tempore Iuppiter, bello gigantibus indicto, ad eos oppugnandos omnes deos convocavit, venisse Liberum patrem, Vulcanum, Satyros, Silenos, asellis vectos: qui cum non longe ab hostibus abessent, dicuntur aselli pertimuisse, et ita pro se quisque magnum claniorem et inauditum gigantibus fecisse, ut omnes hostes eorum clamore in fugam se coniecerint, et ita sint superati.

XLIV. IDEM II, 24. De Berenice regina, cuius comam ad caudam Leonis repositam esse Alexandrini postae fabulabantur: Eratosthenes autem dicit et virginibus

Lesbiis dotem, quam cuique relictam a parente nemo solveret, iussisse reddi, et inter eas constituisse petitionem. Verba corruptissima ne Valckenarii quidem ingenium (ad Callim. Eleg. p. 37.) potuit redintegrare.

**XLV.** IDEM II, 25. Nonnulli etiam Erigonem Icarii filiam dixerunt (Virginem), de qua supra diximus.

**XLVI.** IDEM II, 28. Capricornus. Huius effigies similis est Aegipani — . Hic etiam dicitur, cum Impiter Titanas oppugnaret, primus obiecisse hostibus timorem, qui πανικός appellatur, ut ait Eratosthenes: hac etiam de causa eius inferiorem partem piscis esse formationem, quod muricibus [id est, maritimis conchyliis] hostes sit iaculatus pro lapidum iactatione.

**XLVII.** IDEM II, 30. Eratosthenes autem ex eo pisce natos homines dicit: de quo post dicemus. Salmasius coniecit: natos hos. Verum cum illa: ex eo pisce, ut quae ad praecedentia nihil queant referri, sensum non efficiant, ita fortasse ad litteras accuratius emendaveris: — ex eo pisce natos, quem Notium homines dicunt.

**XLVIII.** IDEM II, 33. Lepus. — quem nonnulli a Mercurio constitutum dixerunt, eique datum esse praeter cetera genera quadrupedum, ut alios pareret, alios haberet in ventre. Theo ad Arati Phaenom. 338. ματηστερισθαι δὲ αὐτὸν λέγουσιν οὐφ' Ἐρμοῦ διὰ τὴν πολυγονίαν· μόνῳ γάρ τοντα ἐδόθη κύειν πλειονα, ὥν τὰ μὲν τίκτει, τὰ δὲ ἔχει ἐν τῇ κοιλίᾳ. Similia Catasterism. c. 34. Quae ab Eratostheni in Mercurio prolata fuisse, mentio Mercurii persuadet; a quo etiam Deltoton constitutum memorabatur.

**XLIX.** THEO AD ARATI PHAEN. 402. Ἐρατοσθένης δέ φησι, τούτο τὸ Θυτήριον εἶναι, ἐφ' ὃ τὸ πρῶτον οἱ θεοὶ συνωμοσίαν ἐποίησαντο, ὅτε ἐπὶ τοὺς Τιτᾶνας ἐπεβατεύσεν ὁ Ζεύς, Κυκλωπον κατασκευασάντων, ἔχοντα τοῦ πυρὸς κάλυμμα, ὅπως μὴ ἴδωσι τὴν τοῦ κεραυ-

οὐδὲ δύναμιν. ἐπειγόντες δὲ τῇ πράξει, ζῷην καὶ  
τὸ οὐρανὸν (Mosq. οὐρανὸν) τὸ αὐτὸν κατασκεύασμα.  
καὶ εἰς τὰ συμπόσια φέρουσιν οἱ κοινωνεῖν βουλομέ-  
νοι, η̄ αὐτοὺς (Mosq. αὐτῶν. l. αὐτοὺς i. q. ἀλλήλοις.)  
ἱρούμενοι (Mosq. add. ὡς ἐπίθυσιν) ἐν τοῖς ἀγῶσι, καὶ  
οἱ ὄμηνες δίδοται βουλομένοις, ὡς διαχιτάτην πί-  
τιν τηρῶσι, καὶ τῇ χειρὶ ἐφάπτονται, δεικνύντες εὐγνω-  
μονῆς μαρτύριον τὸ πῦρ. ὅμοιως δὲ καὶ οἱ μάντεις  
οὗτοι ποιοῦσι. Extant haec fere in cap. 39. Cataste-  
ismorum, multo tamen breviora, et alia praefixa in-  
scriptione Νέατορ: vid. p. 128.

L. HYGIN. II, 40. Nonnulli cum Eratosthenē di-  
unt, eum Cratera esse, quo Icarus sit usus, cum ho-  
minibus ostenderet vinum.

LI. IDEM II, 42. Reliquum est nobis de quinque  
tellis, quas complures ut erraticas ita πλανῆτας Graeci  
lixerunt. Quarum una est Jovis nomine Phaëthon —.  
secunda stella dicitur Solis, quam alii Saturni dixerunt.  
Ianc Eratosthenes a Solis filio Phaëthonta appellatam  
licit —. Tertia est stella Martis, quam alii Herculis  
lixerunt, Veneria sequens stellam, hac ut Eratosthenes  
sit de causa: quod Vulcanus cum uxorem Venerem  
luxisset, et propter eius observantiam Marti eius copia  
ion fieret, ut nihil aliud assequi videtur (?), nisi sua  
tella Veneris sidus persequi a Venere impetravit. Ita-  
nne cum vehementer eum amor incenderet, rem signi-  
cans, e facto stellam Pyroenta appellavit. Quarta stella  
et Veneris, Lucifer nomine —. Nonnulli autem hunc  
aurorae et Cephalī filium esse dixerunt, pulchritudine  
multos praestantem: ex qua re etiam cum Venere di-  
titur certasse, ut etiam Eratosthenes dicit (l. dicat),  
eum hac de causa Veneris appellari; ex oriente sole et  
occidente videri: quare, ut ante diximus, inre hunc et  
Luciferum et Hesperum nominatum. Quinta stella  
est Mercurii, nomine Stilbon; sed haec est brevis et

clara. haec autem Mercurio data existimatur, quod primus menses instituerit, et perviderit siderum cursus.

LII. INEM II, 43. Praeterea ostenditur circulus quidam in sideribus, candido colore, quem Lacteum esse nonnulli dixerunt. Eratosthenes enim dicit, Mercurio infanti puero insciam Junonem dedisse lac; sed postquam eum rescierit Maiae filium esse, reiecerisse eum a se, et ita lactis profusi splendorem inter sidera apparere. Alii dixerunt, dormienti Junoni Herculem superpositum, et expperrectam id quod supra diximus fecisse. Accuratus et verius (v. ad fr. III.):

LIII. ACHILLES TATIUS p. 146. Ο δὲ γαλαξίας εἰρηται μέν, ὡς ἔστιν ὄρατὸς καὶ μόνος ἐπὶ τῆς σφαιρᾶς αἰσθητός, τῶν ἄλλων ὅντων νοητῶν. περὶ δὲ τούτου φησὶν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Καταμερισμῷ μυθικετερον, τὸν γαλαξίαν κύκλον γεγονέναι ἐκ τοῦ τῆς Ἡρας γάλακτος. τοῦ γὰρ Ἡρακλέους ἔνι βρέφους ὄντος, καὶ τὸν μαστὸν τῆς Ἡρας ἐπισπασαμένου σφοδρότερον, διεισηγήσαντας, καὶ οὕτως περιχυθέντος τοῦ γαλακτος, κύκλον γενέσθαι παγέντος. τὸ δὲ αὐτὸν καὶ ἐπὶ τοῦ Ἐρμοῦ λέγει γεγενήσθαι Ἐρατοσθένης, ὡς ἄρα ὁ Ἐρμῆς τοῦ μαστοῦ τῆς Ἡρας ἐσπάσατο. Ultima tangit p. 168. Eratosthene non nominato. Catamerismῷ corruptum putavit Fabricius, post quem Catasterismῷ legendum censuit Koppiers. p. 130; sed sic quaque diversa in Catasterismis nostris reperiuntur, quibus ne ea quidem convenient, quae eodem Eratosthene auctore memoriae prodiit THEO AD ARATI RHEN. 469. Ἐρατοσθένης δὲ φησι, μυθικῶς αὐτὸν (τὸν γαλαξίαν) διγούμενος, ὑπὸ τοῦ τῆς Ἡρας γάλακτος γεγενήσθαι ἐκχυθέντος ἥκουσε γὰρ παρὰ τοῦ Ἐρμοῦ, ὅτι οὐκ ἴδιός ἔστι.

Astris enarratis, non ab re proferre mihi videor, quae Ioh. Lydus tradiderit de mensibus p. 96. Ἐρατοσθένης γε μὴν τὸν Δία ἐν τῇ Κρήτῃ τεχθῆναι λέ-

*γει, κακεῖθεν διὰ τὸν Κρόνον φόβον μετενεγένηναι εἰς  
Νέφον, Catasterismis c. 30. et ab Hygino P. A. II, 16.  
recte Aglaostheni, illic restituendo, vindicata fuisse.*

LIV. Hoc ipso Eratosthenes poemate, non alio scripto, quod Fellus posuit, (Lexicon enim ab eo allatum astronomicum Graece Dasypodus conscripsit.) de ventis nonnulla exposuisse videtur, teste Achille Tatio p. 158. B. ἐπραγματεύσατο δὲ περὶ ἀνέμων καὶ Ἐραστοσθένης. Conferantur Arati Diomedea. Ne Callimacho quidem Bentleius idoneo adductus argumento librum περὶ ἀνέμων assignavít, cum praelestum ab physicis ille abhoruerit.

LV. THEO SMYRNAEUS p. 165. Τυμόθεος φῆσι καὶ παροιμίαιν εἶναι τὴν, πάντα ἡ, διὰ τὸ τοῦ μόσμου τὰς πάσας ὄκτω σφαιρας περὶ γῆν κυκλεῖσθαι, καθά φῆσι καὶ Ἐραστοσθένης.

'Οκτὼ δὴ τάδε πάντα εὖν ἀρμονίχσιν ἀρίστει,  
όκτὼ δὲ ἐν σφαιρεσσιν (I. σφαιραισ) κυλίνδετο κύκλῳ  
ιόντα.

